

οὐδέποτε οὐδὲ ίνι εἰς ταχείαν μέρισμα ἔχειν τὸν τελείων πόσον, νομίζει διοσκυρίδης, ἐπειδὴ καὶ τριάντα πάλιν ισορρόπη αὐτῷ. Desiccat quoque & semen prolificum, aīuntque nonnulli, qui copiosius biberint, omnino steriles evadere. Nec defuit quis ad eam potionem certum dierum numerum praefiniant, nempe septem & triginta, quemadmodum refert Dioscorides. Notandum quod in Græcis codicibus αἴρονται leguntur, quod viri docti interpretantur, impotentes facere ipsos viros; sterilitas enim inquiunt defectus est fœminarum, quas αἴρονται perpetuo vocat Dioscorides dum ipsis notam sterilitatis inurit; quemadmodum αἴρονται medicamenta omnia illa dicuntur, quæ vim concipiendi adimunt. E diverso verò solet eos viros vocare αἴρονται, qui prolifico semine sunt destituti, aut illud adeo frigidum, languidum, inefficaxque habent, ut ex eo neutquam animal gigni possit. Quorum opinionem, probò maximè cum eam probet Plinius. Illud tantum notabimus, apud Theophrastum vocem αἴρονται non de animali solum, sed etiam de fructu, ipsaque aqua ad generandum minus idonea usurpari, uti lib. ij. & iv. hist. Eundem etiam cum periclymeni semen αἴρονται scribit; de mari loqui quod extra dubium non omnino ponendum. Nam hemionii semen αἴρονται dicit, quod Dioscorides αἴρονται tradit. Sed de eo infra: Ex Diocoride porro & Galeno αἴρονται αἴρονται restitutus. Et hæc per transennam, ut dici solet. Obicit quis, vocem clymenum servandam esse, quod Plinius eadem de clymeno tradat. lib. xxv. cap. vii. Clymenos, inquit, à rege herba appellata est, hederæ foliis, ramosa, caule inani, articulis præcincta, odore gravi, & semine hederæ, sylvestribus & montosis nascens. Quibus morbis pota medeatur, dicemus. Sed hic indicandum est, dum medeatur, sterilitatem potu etiam viris fieri. Græci plantagini similem esse dixerunt, caule quadrato, folliculis cum semine inter se implexis, veluti in polyporum cirris. Huic objectioni facile occurritur. Confundit enim Plinius clymenum cum periclymeno, Græci omnes periclymenon foliis hederæ describunt, clymenum plantagini. Et quam parum memor eorum sit Plinius, quæ ante dixit, ex hoc loco perspicuum sit, cum uno quasi halitu, clymenum folia habere ait hederæ & plantagini. Periclymenum hederaceis constare foliis, non tantum Diocorides, sed Nicandri testatur scholia, ad hunc versum φύλλατα κισσώντα. (de Aristolochia loquitur) οὐκέτι μέντοι φίγου. Interpres Græcus, οὐδὲ τὸ φύλλα οὐδὲ οὐδεῖς οὐδὲ τὸ κισσόν, &c. Sed instabit quis: Clymenum apud Theophrastum legi, & apud Oribasium reperi. οὐκέτι μέντοι, οὐδὲ σπλήνιον, οὐδὲ κλύδρον. Idem & Auctuarii testatur auctor, οὐδὲ αἴρονται, οὐδὲ κλύδρον, οὐδὲ κάρπειον, οὐδὲ αὐλάνιον: aliqui aeginen, alii clymenon, alii carpathum, alii splenium. Proinde nihil mutandum. Quod non solum hoc capite, sed etiam capite ix. κλύδρον legatur, & ut alibi dictum, antiquissimi Græci alii atque aliis quam recentiores sint usi nominibus. Περικλύδρον, rectius οὐκέτι μέντοι seu οὐκέτι μέντοι diceretur, quodarboribus aliisque rebus se circumflectat, ac circumvolvat, quod Diocorides, & ipsa experientia testatur. Nihil tamen mutare audeo, quod constant. apud omnes autores legatur οὐκέτι μέντοι. Fortasse antiquissimi Græci οὐκέτι μέντοι dixerunt quod recentiores ob vocis οὐκέτι μέντοι herbæ vicinitatem in οὐκέτι μέντοι mutarunt. Sed hoc non constat. Latini sylva matrem vocant. Scribonius Largus de compos. med. cap. 129. Hederæ nigrae bacchari pō diuum. οὐκέτι μέντοι, quam sylva matrem vocamus, pō victoriati, galbani, &c. Officinæ matriforme nuncupant. Græci barbari ματριζέσθια pro ματρισθέσθια si non corruptus codex: Myrephi lect, 3. de unguent 46. ηρεδιστούσι, ματεριζέσθια μοχοβοτάνη cardiobotanī, matriforme, herba moschata. Vulgo caprifolium vocatur, quod extremi flexus sint capreolati. Belgæ tamen geneten blat vocant, quasi hircum oleret vel hirco quid simile haberet. Hodie Græcis, ut audio, οὐκέτι μέντοι vocatur, quod periplocæ sit genus, vel huic congenere. Doctiss. Gaza volucrum vertit, Credo quod Auctuarii auctor, οὐκέτι μέντοι Αφροδίτης. Αιγύπτιοι τέρετοι Ρωμαῖοι οὐδὲκαρποί μέντοι. Prophetæ polium Veneris, Εgypti turnum, Romani volucrum majus. Notandum tamen, Gazam in libris de caus. iαπόνην volucrum interpretari uti lib. ii. cap. xxv. Periclymeni notas nullas tradit Theophrastus. cap. x. tantum docuit, qua ratione, quibusque modis ab herbariis colligatur. Describitur à Diocoride lib. iv. cap. xiv. Περικλύδρον θεριστον οὐδὲ μέντοι. οὐδὲ

(Oribasius καυλὸν ἔχων περφρανον, οὐδὲ φυλάξιον οὐδὲ θεριστον.) οὐδὲ θεριστον φυλασσαν, οὐδὲ λεπτόν, κισσών, οὐδὲ οὐδέποτε Φύλλα καστανόν, οὐδὲ οὐδέποτε κισσών θεριστον. τοῦτο λευκό, κυάμη (κυριόν vetus) οὐδέποτε, οὐδὲ τριζύλων (in altero vox hæc deest) οὐδεὶς επικείμενος (Oribasi: οὐδεὶς επικείμενος) τῷ φύλλῳ, οὐδέποτε οὐδέποτε οὐδὲ δυσποτεστερόν, ἢ ζευς πυκίαν, οὐδέφερον (in altero codice, αὖτις πυκίαν, μακρόν, quomodo etiam Oribasius, alii ex Crateva πυκίαν, καὶ μακρόν) φύλλα τῷ δορέας (Alter τῷ καρποῖς, Plinius, & interpres vulgo probant) τῷ φεργυρού. οὐδὲ λεπτήτην οὐδὲ τις θλωτόν τοις θεριστοις. Id est. Periclymenon frutex est exiguis, ac simplex, habens (Oribasius, frutex parvus est, simplex caule quadrato, & per intervalla soliolis circumdato albocantibus. Quod de caule scribitur, id ad clymeni historiam pertinere arbitror: hoc enim quadrato, ut supra dixi, caule describit Diocorides. Sed, si diligentius animadvertis, sunt quadrati periclymeni seu matri-sylvæ caulinculi) ex intervallis foliola caulem amplectentia, subcandida, hederacea, ac inter ea nascientia germina, in quibus semen hederæ, florem candidum, seu fabæ, aliquatum rotundum, & quasi, in folium procumbentem (Oribasius, interfolia surculi exscent, in quibus fructus est hederæ similis, qui quasi in folium procumbit, durus, qui difficulter avellitur) semen durum, & quod difficile evellatur, radicem crassam & rotundam (longam Oribasius.) Nascitur in arvis ac sepibus; convolvit verò se propinquis fruticibus. Plinius lib. xxviii. cap. xxi. Periclymenos fruticat & ipsa ex intervallo duo folia habens, subcandida mollia, in cacumine autem semen inter folia durum & quod difficile evellatur, nascitur in arvis & sepibus convolvens se adnictus quibuscumque. His in verbis duo observanda, ac primum quod Oribasii lectionem sequatur Plinius, ubi de semine agit; alterum quod duo inquit esse foliola; quasi legerit, quod & ipsa videtur probare autophia, φυλάξια δέοντα. Botanici omnes caprifolium sive matri-sylvam pro periclymeno agnoscent, ac unum illud quod de radicibus objici posset facili negotio solvunt. Negare quis posset, inquit, caprifolium vulgare non esse Diocorides, quod radix non sit rotunda & crassa. Respondet Diocoridem non τριζύλων πέριξ, id est orbiculatum, sed οὐκέτι rotundam, non angulosam dixisse. Adiungi apud Oribasium μακρόν, id est longam, legi, corriguntque ex Crateva πυκίαν & μακρόν crassam esse & longam. Recentiores duo observarunt periclymeni genera perfoliatum, & non perfoliatum. Addit tertium Clariss. Clusius, humile, quod ad vacciniorum classem referre malo, allatum nobis ex Moscovia, etiam Norvegia; non perfoliatum sive Germanicum longis quadratis tenuibus, sed tamen lignosis, & in ramulos partitis, caulinculis, sursum repit proximis fruticibus aliisque rebus se circumvolvens, circa quæ ex intervallis folia bina, ut observavit Plinius, ex adverso posita, oblonga, mollia, dilute virentia, inferiore tamen parte magis incanescens. Flores in summis ramulis complures pariter emicant, oblongi, candidi, sublutei, odorati, interius cavi, una parte prominentiores, qua consolidæ regiæ florem, aut pileolum referunt acutum. Staminibus aliquot è medio excentibus: Succedunt racemi, seu baccæ rubræ, uvarum in modum compactæ, aro similes, at dulciores & præstantiores, in quibus semen duriusculum; radix lignosa, candida, & intra humum hinc inde repens, quæque facile novam promittit radicem, quocunque loco plantata fuerit. Perfoliatum, sive Italicum lignosis quoque, & in longitudinem prorepentibus caulinculis Germanico omnino simile est. Conveniunt etiam folia, nisi quod ex adverso posita subinde uniantur, & circa ramulos præsertim fastigia ita coalescant ut acerabulorum profundiore speciem exhibeant, è quibus flosculi nascuntur superioris similes, breviores tamen ac paulo minores, ex purpura niveo candore nitentes, alicubi luteo aspersi, aut albi, aut subrufi, baccæ sequuntur similes, sed dilutiores.

Tas ἤ οὐδέποτε. Folium hemionii sterilitatem mulieribus adserre ait. Quæritur quænam sit planta, quam hemionii nomine describit. Hemonitum volvunt esse magni nominis & auctoritatis viri; quod mihi non aridet, siquidem nemo veterum tradiderit hemonitum hemionion nuncupari ac steriles reddere mulieres. Græci asplenion hemionion vocarunt, sterilesque fieri ejus usu mulieres tradunt. Dioc. lib. iii. cap. cl. "Αυτάντοι, οὐδὲ συγλοπιδροι, οὐδὲ σπλήνιοι, οὐδὲ τοις οὐδέποτε λευκοῖς (legend. οὐδὲ τοις οὐδέποτε λευκοῖς — δεκατοις απίκειον)

οἱ ἀσπλένιοι τοῦτον καὶ μετὰ ἡμίσιον σπληνίος αἰσθητούμενοι. οὐδένας οἱ νυκτὸς φασὶ δέ, ἀντὸν δὲνοσεῖς οἱ ἀτίκιοι. Asplenon, aliqui scolopendrium, alii splenium, alii hemionion, alii denique Pteryga vocant: — Ceterum spem partus adimere creditur, tum per se, tum etiam cum multi liene, amuleti instar adalligata. Verum in eum usum, tradunt nocte quasdam effodiendam. Hæc examinanda sunt, ac primum observandum, quod asplenon & hemionion Dioscoridi & Theophrasto idem sunt: Quod duobus hisce probatur rationibus, quod Dioscorides idem nomen obtinere scribat, & quod easdem obtinere facultates tradat. Differt tamen à Theophrasto Dioscorides, quod ille cum pelle & ungula muli præscribit. (malè Gaza ὄντις). Nam in dubium mérito vocari potest, an malus semen habeat: saltem non generare extra controversiam est,) hic cum liene. Dicendum, asplenon sive hemionion tam cum liene, quam pelle & ungue muli exhibitum, steriles mulieres facere. Brevisiter & recte Plinius lib. xxvi r. cap. v. Non danda feminis, quoniam sterilitatem facit. Hemionii nomen huic non impositum à figura, nec à potestate, similius affectu, quam cum hemionite habeat; sed quod exhibitum cum muli liene, ungula, ac pelle steriles reddit mulieres, ut sunt muli, mulæque: vel nomen illud accepit, quod muli hac herba delectentur, ut tradit Theophrastus. Splenium dicitur quod longitudine & latitudine sua fasciolæ, & ut sic dicam, emplastellæ formam habet, quamquam & splenium à splene dictum esse potest, hemionitis enim idcirco nomen splenii habet. Apulejus: Herba splenii radicem pisatam, & in pulvrem mollissimum redactam vino leniore potui dato, sumum rem experieris. Constat eam sic esse inventam. cum exta in sacrificia super eam essent projecta, serunt adhæsisse lieni, eumque exanimasse, propter hoc à quibusdam splenion vocauit. Item narrant quidam, sues qui radicem ejus ederint, sine splene inveniri. Vide infra historiam ex Vitruvio. Asplenon vocatur, ab uso quem liensis, ut præceptor ait, præstat, vel, quod magis arridet, pota lienem absument. Dioscorides loco citato. οὐταμιν οἱ ἔχει τὴν φύλλα σπλαγχνίδην οὐτε τὴν πανδρά τοῦ ἡμίφυτου σπλῆνα τίκεται. δεὶς ἡ παντόδεσσι τὴν σπλῆνα τοῦ φύλλου λεῖος οὐτε ὄντως. Vim hanc habet foliorum in acetō decoctum, ut per dies 40 potum lienem absument, sed & foliis ē vino tritis lienem illini oportet. Eadem de causa Myreplo sect. 8. de Oris 82. σπλαγχνίδην herba lienem absument dicitur. Cur scolopendron dicatur, mox pluribus exponam. Legò πτερύγαι. Neophytus. σκολοπινδρα, εἰ οἱ σπλαγχνοί, εἰ οἱ απλύνοι, οἱ οἱ πτερύγαι, εἰ οἱ μελιτοί, εἰ οἱ απάλυχοι. Corrigunt πτερύγαι, idque quod teucrum medeatur lieni. Lectio hæc habet faventem Apulejum. Græcis dicitur lonchitis, aliis hemionion, aliis scolopendron, aliis phrygia, aliis phrygitis, aliis philtrodotes, aliis teucrion, prophetæ hæma gales. Autuarii auctor ei ἡ λογκήν, ei οἱ πτερύγαι, ei ἡ φευγή, ei ἡ φρυγή. ei ἡ φιλαπόδην. ωφρύται αἴρεται γαῖαι, pro ατέρῳ, πτερύγαι restituunt, ob causam quam dixi; cum tamen viris doctis aturias, quasi ἀντίστησι dicatur. Ates id est cauda: Atē etiam noxa, vel dea scelerum vindex, cauda à foliis caudam imitantibus. ατέρῳ igitur quod folia, quæ caudam referunt, noxia sunt generationi. Nobis ατέρῳ dicitur δέδος ατης γαῖας, quod minime prosper fælixque sit ejus usus. vel ab privativa, & γαῖα, quod stranguria, eisque qui urinam reddere nequeunt medeatur. Phrygia & phrygitis à regione & patria, philtrodotes à contrario dicitur, quod amori, id est generationi invida sit. Malunt alii, quod ad amorem conciliandum faciat; quod veterum nemo tradidit. Lonchitis dicta volunt, ab hæste, cœl lanceæ forma, quam in planta hæc observare nequeo; nisi placeat singularia foliola lanceæ similia esse, quod τείχοι, triangula apparent. A semine enim triangulo lonchitis nomen habere Dioscorides tradit lib. 111. cap. CLXI. τὸ σπέρμα ἡ σπέρματος λόγχη, τείχοντος σε περιεπιστολούς, ὅπερι περιεπιστολαῖς οἰστηθεῖ. Semen involucris clausum, triangulum, lanceæ cuspidi simile, unde etiam planta fibi cognomentum arrogavit. Nobis lonchitidos nomen impositum videtur, quod lonchitis sit altera & lienem absument, foliaque similia habeat. Dioscorides capite sequenti λογκήν τείχοι, εἰ ἡ λογκήποτε τείχεια, φύλλα ανίσια ἐμοια σκολοπινδρα, τείχηπερ ἡ τοῦ μείζονα, τοῦ μεριλλοῦ ἐχιστήρα. οὐταμιν οἱ ἔχει τείχημαπεπληττοῦ, αφλιγματοῦ, τίκεται οἱ (Lacuna ex veteri codice addit τῷ φύλλῳ) τὸ σπλῆνα, μετέξετ πτερύγαι, &c. Lonchitis altera, quam alii asperam dicitur, folia profert scolopendrii, sed asperiora, majoraque, ac

multo magis divisa. Vim porro habet vulnerarium, inflammationesque arcet, lienem quoque pota ex aceto absument. Lonchitis plenus descripsi ut ex eo quid legitimum hemionion sit quilibet cognoscat. Sed unde digressi sumus revertamur. Asplenium pteryga dici Dioscorides scriptit. Nomen illud impositum, quod cum filice aliquam habet similitudinem. Vulgo ceterach vocant. Quam vocem à pteryga manasse volunt, atque P. in C. sèpe mutari scribunt. Sic ex pteryga ceterya, & corrupte ceterach. Theophrastus hemionion folia τὸ σκολοπινδρα similia dicit, vulgo τὸ σκολοπινδρα, id est scolopendrio, quod Gaza pessimè cervinæ lingue vertit. Corrupta hæc lectio viro maximi nominis errandi dedit occasionem. τὸ σκολοπινδρα inquit non potest intelligi, nisi de vulgari nostro scolopendrio id est phyllitide. Ημιονιον Theophrasti est ημιονιον Dioscoridis, qui etiam ημιονιον appellat. Hesychius, ημιονιον τις οὐτος. Hæc Dioscoride auctore, folium emitit ὅμοιος δεγχητικος ημιονιον. simile dracunculi, curvatae in cornua lunæ modo sinuatum. Per ημιονιον intelligit corniculatum. Et sane ex parte pediculi lunam in cornua curvata refert, quod Greci propriè vocane ημιονιον, id est luna corniculata figura. Si hemioniοn folia habet scolopendrii (quod mortalium nemo tradidit) non id potest esse scolopendrii, cui folia sunt polypedii, vel filicis majoris. Erit igitur scolopendriū vulgare quod phyllitidem esse constat. Nihil tam simile quam folium phyllitis, & hemioniοn, nihil tam dissimile quam hemioniοn, & scolopendriοn Dioscoridis folium. — Theophrasti scolopendriοn non est idem cum Dioscoridis scolopendriοn, Asplenio nostras est scolopendriοn que phyllitis est. Hæc nihil ad lienem curvandum conducit. Longe itaque distat scolopendriοn Theophrasti à Dioscoridis scolopendriοn. Nominis etiam ratio in utroque diversa. Dioscorideum scolopendriοn à forma folii sic appellatum: φύλλα — φύσια. Multis nempe incisuris, veluti pedes scolopendriæ referentibus, hinc & lonchitis etiam appellata. At scolopendriοn Theophrasti, quæ est phyllitis, quod contra morsus scolopendriæ valeret, & aliorum ημιονιον videtur nomen invenisse. Sane phyllitis, quæ est scolopendriοn Theophrasti & nostrum τοῦ σπλαγχνίδην μη ut testis est Dioscorides, in his ημιονιον etiam scolopendra: sic splenium appellatum à curvanda splene. Duo inquam probare conatur; quorum primum si falsum, falsum erit & primo quidem persuadere Lectori vult hemionion Theophraste hemioniοn Dioscoridis, secundo quod scolopendriοn Theophrasti phyllitis sit ejusdem. Utrumque falsissimum. Nemo unquam hemioniοn hemionion vocari tradidit, nullus, ut dixi, generationem impedire memoria prodidit, nec ullus hactenus repertus, qui scolopendriοn folio esse scriptit, nec phyllitin Græcorum, quod sciam, quisquam scolopendriοn vocari dixit. Pharmacopeis sic vocari notum. Sed hos in gravissimo versari errore, ostenderunt botanici recentiores Mathiolus, Dodonæus, Lobelius, Pena, aliique his fere rationibus, quod folia ferat lonchitiδi aspera, plane dissimilia, quæque nullo modo scolopendram referunt. Tum etiam quod non sunt in ambitum sparla. Nec nomen acceptit quod scolopendris medeatur, hoc enim scripsisset Dioscorides. Non solent vereres à generali facultate speciale nomen imponere. Exempli gratia, dictamnum, quod sanat morsus omnes venenos, nemo appellabit viperinam; nisi speciatim viperæ veneno resistat: idem de phyllitide dicendum, si speciatim scolopendriæ noxas depelleret, quod veterum nemo tradidit. Non dubium quin phyllitidem recentiores scolopendriam vocarunt, quod parte posteriore veluti vermiculos adhærentes ostendant folia. Hos imaginati sunt scolopendram referre, & inde quidem nomen imposuere, quod hodie etiamnum obtinet. Decepit Doctiss. fortasse viros, quod Dioscorides Hemionitiοn foliis dracunculi describit, his verbis lib. 111. cap. CLII. Ημιονιον, εἰ οἱ σπλαγχνοί, φύλλοι. οὐτονοιον δεγχητικα, ημιονιον, πίζα οἱ σπέρματος πληλαὶ λεπταὶ, ψεύτη οἱ καυλῶν, ψεύτη πρεπον, επι άτερος φίγαι. φίγαι σε περιεπιστολαῖς πέπιται. ημιονιον ἡ πόσα συπτην. Hemioniοn sunt qui splenium vocant, folium emitit simile dracunculi curvatae in cornua lunæ modo sinuatum. Radices subjacent multæ, eæque tenues: sed neque caulem, neque semen, neque florem profert. In saxosis locis hæc herbula nascitur, adstringente sapore prædicta. Non comparat animali draconi hujus folia Dioscorides ut nonnulli demonstrare conantur, sed aro, quod supra δεγχητον vocari diximus. Hemioniοn est cujus figuram adposuimus. Phyllitidi, inquit Dodonæus, similis floret;

foret, nisi folia ejus in inferiore sede latiora essent, & utrumque angulos haberent prominentiores, veluti ari, ac minoris dracunculi. Sunt enim inferius lata & semicirculi instar ferè dimidiae ac dixit oīus lunæ modo, excavata; reliqua parte angustiora sunt, & in acumen desinentia, anteriore etiam superficie lavia ac viridia, à tergo quedam vermiculorum specie ipsis quoque adhærent, radices similiiter, è pluribus tenuibus fibris commissæ. Variat verò & quandoque hujus foliorum forma, inferiore sede, ac circa basin veluti apophyses utrimque habentium. In obscuris quibusdam urbis Romæ locis nascitur, (quod negare videntur adversariorum auctores.) Reperitur & in Britanniae umbrosis, translata illinc tenella quandoque in Belgio, postea quam adolevisset, phyllitidem angustis & oblongis foliis cœmulari reperta est, foli anguli inferiores, paulo prominentiores nonnihil discriminis ostendere.

Hemionitis.



Hactenus Dodonæus. Nobis nec plantam videre, nec illud observare licuit. *Hemionitis* dicta videtur, non quod hanc muli vorant, nec quod steriles reddat comedentes, sed quod ipsa sterilis instar muli sit. Caret enim caule, flore, semine. Rectè itaque sterilis nunquam. Asplenii nomen vel à facultate quod minuat liem, vel à forma habet, quod ejus folia medicorum splenia, nimirum oblongas plagulas, figura imitantur. Sed prius magis placet. Hac eadem à figura officinæ phyllitin pro asplenio, sive scolopendrio, doctiores pro hemionitide habuerant; cum phyllitidis folia lapatho, hujus dracunculo sive aro similia sunt; phyllitis à Dioscorideo lib. III. cap. CXXI. delineatur φύλλητος φύλλα διπλά οὐσία λαπάθῳ ἴμινεκτερος οὐσίᾳ ιδιαλεπτερος εί. ή ζ ορέα, λεῖα εἰ τοις ιμινεκτεροις, εἰ τοις οπητεροις οὐσίᾳ παλισκοιος Ald. & πλαγιοτεροις γνωστοις. Phyllitis folia promit rumicis similia, sed oblongiora & magis virentia, sene, septenave, recta; quæque parte anteriore lavia cernuntur, posteriore vero tenues quasi vermiculos amicos ostendunt. Nascitur in umbrosis locis ac viridiariis, gustu acerbo. Neque verò caulem, neque semen, neque florem profert. Phyllitis id est foliosa dicitur, quod foliosus cespes appareat, ac folia tantum ferat. Caulis enim seminis & floris est expers. Officina scolopendrium perperam, & linguam cervinam à figura vocant. Phyllitis nulli non cognita. Adjiciam tantum per æratem quandoque hujus folium in partes veluti laciniias quædam ita findi, ut ex uno folio alia exire, ac progigni videantur. Phyllitis hæc Hemioniti satis similis, at tamen idcirco non est scolopendrium Theophrasti, ut nec hemionitis ejusdem hemionion, ut vir-

longè doctissimi statuunt; sed, ut dixi, asplenion, quod ceterach vocant. Corruptus, ut dixi, Theophrasti codex. Lege σκλοπίδερος vel σκλοπίδης. Nam id animalculi genus utroque modo apud Græcos effertur.

Phyllitis.



Dioscorides loco citato, φύλλητος φύλλα διπλά οὐσία λαπάθῳ ἴμινεκτερος οὐσίᾳ ιδιαλεπτερος εί. η ζ ορέα, λεῖα εἰ τοις ιμινεκτεροις, εἰ τοις οπητεροις οὐσίᾳ παλισκοιος Ald. & πλαγιοτεροις γνωστοις. Phyllitis folia promit rumicis similia, sed oblongiora & magis virentia, sene, septenave, recta; quæque parte anteriore lavia cernuntur, posteriore vero tenues quasi vermiculos amicos ostendunt. Nascitur in umbrosis locis ac viridiariis, gustu acerbo. Neque verò caulem, neque semen, neque florem profert. Phyllitis id est foliosa dicitur, quod foliosus cespes appareat, ac folia tantum ferat. Caulis enim seminis & floris est expers. Officina scolopendrium perperam, & linguam cervinam à figura vocant. Phyllitis nulli non cognita. Adjiciam tantum per æratem quandoque hujus folium in partes veluti laciniias quædam ita findi, ut ex uno folio alia exire, ac progigni videantur. Phyllitis hæc Hemioniti satis similis, at tamen idcirco non est scolopendrium Theophrasti, ut nec hemionitis ejusdem hemionion, ut vir-

In

Asplenium, sine Scolopendria.



In montosis nasci Apuleius testatur. Legunt, inquit, eam dum floret, maximèque ex Ciliciæ & Pisidiæ montibus laudant. Nec quod Dioscorides in parietibus, Theophrastus in montibus nasci tradat, inde diversa planta est statuenda, siquidem utrumque verum esse potest. Quod verò in montosis reperi non traxit Dioscorides, id factum quod in petris murisque optimum est. Solet Diotcorides loca describere in quibus præstantissimæ sunt plantæ, ubi copioæ Theophrastus. Meminit asplenii sive hemioniti Plinius lib. 27. cap. 5. ubi ait: Asplenium sunt qui hemionion vocant, foliis trientalibus multis, radice lamosa, cavernosa, sicut silicis, candida, hispida. Nec caulem, nec florem, nec semen habet. Nascitur in parietibus opacis, humidis; laudatissima in Creta. Trientalia folia, inquit. Triens apud Vitruvium accipitur pro tertia pedis parte. Unde trientalis materia dicitur, quæ est crassitudine quatuor uncianarum, sive quatuor pollicum. Talia non habet asplenion, nisi integrum intellexeris cum Plinio rachim. De hemioniti hæc intelligi nequeunt, quod hujus folia pedem superant. Asplenio folia sunt parva, longitudine palmi, utrimque profundis sectionibus alterno ordine incisa, interius mollia lanuginosaque,

KEΦ. K.

*De filice fæmina, & quid distet à mascula. De herba ab Indo quodam allata, qua, qui usi fuerint septuagies coire possent. Tum quæ aquæ sterilitatem, quæ fecunditatem affe-
rant, infaniamue. Deque mira natura vini regionum quarundam.*

Hηλυσπερίς ζεήσιον ταῦς τὰς ἐλμινθας,
τάσε ωλαίειας καὶ τὰς λεπτάς. ταῦς μὴ τὰς
ωλαίειας, αναδευομένη μέλιτη. πέδος ἡ τὰς λεπτάς
ἐν σινῳ γλυκεῖ μετ' ἀλφίτων διδομένη. γυναικὶ ἡ
* εὐχύμων. εὖ γε δοῦ, εὖ μὴ * ἔγκυμον, ἐκβάλλειν φασίν.
εὖ σὲ μὴ, τὸ σὸν ἀτεκνον γίνεσθαι. Διεφέρει σὲ
τῆς πλειόνος ηλυσπερίς. τῷ τῷ μὴ Φύλλον
ἔχειν μονόκωλον, ρίζαν ἢ μεράλην καὶ μακρὰν καὶ
μέλαναν. τάτων μὴ εἰν αἱ διωδίαις πέδος τὰς
γενέσεις. Γενιμαστική σὲ ἐν ὅ· Ινδὸς εἴχεν. εἰς τὸ
τὸν αὐτοῦ τείνειν. τὸν διώδιον εἴχεν. εἰς τὸν
αὐτοῦ τείνειν.

superius glabra ac virentia, quæ cum inarescunt complicantur, & in teretem figuram contracta, foris hirsuta scolopendrii similia apparent. Caulem, florem, semina non fert asplenion, uti recte observarunt. Radix filicibus non est dissimilis. Hanc plantam asplenion sive scolopendrium Dioscoridis esse in dubium vocat nemo. Restat solvamus nodum, quod Galenus lib. 5. simpl. cap. 12. ubi de Ienis agit obstructione, scribat, σκολοπερδίον τε καὶ σκίλλην, καὶ τὸν δὲ τὸν σκολο-
περδίον ἀσθέτης πάσι, scolopendrium & scillam, & eam que id ipsum nomine representat, asplenos appellata. In his verbis scolopendrium & asplenum non una eademque herba, sed duæ distinctæ sunt specie. Sed responderi solet, vocem σκολοπερδίου redundare, ac præter Galeni mentem accessisse, vel librariorum incuria, vel nimia scioli alicuius diligentia: vel, quod magis placet, dicendum, Galenum hemionitum intelligere scolopendrii nomine, quod ex cap. ij. lib. viii. καὶ τὸν τόπον probatur, ubi ex Andromachi sententia, adversus lienosos medicamenta præscribit. ιμονίδος βούνης, οὐ οἱ μὲν ἀσθέτης, οἱ δὲ σκολοπερδίου (vulgo σκολοπερδίου), quod absurdum, nihil habet quod scolopendram referat, scolopendron vocatur quod ejus herbæ instar spleni medeatur. λόγοι. Hemionitidis herba quam quidam asplenon, quidam scolopendron (quod in dorso folii rubris maculis insigniatur, ut scolopendra insectum: unde etiam idem nomen phyllitidi datum) dicunt. Idem Galenus paulo infra μυστίκης φύρας, βούνης ἀσθέτης λεγομένης σκολοπερδίου, οἱ ιμονίδος αὐτοί, &c. Ex hoc alius oritur nodus, quam herbam intelligat Vitruvius lib. i. cap. IV. ubi de flumine quodam Cretæ, quod est inter Gnoson & Cortynam, agit. Dextra, inquit, & sinistra ejus fluminis pascuntur pecora; sed ex his quæ pascuntur proxime Gnoson, splenosa; quæ autem ex altera parte, proxima Cortynam, non habent apparentem splenem. Vnde etiam medici quarentes de eadem re, invenerunt in his locis herbam quam pecora rodendo imminuerunt lienes. Ita eam herbam colligendo curant lienosos hoc medicamento, quod etiam Cretenses asplenon vocant. Docti Hemionitin intelligere Vitruvium existimant. De scolopendrio Dioscoridis, inquiunt, aspleno vix possunt intelligi, quod in illis locis nascitur, in quibus nulla pecora pasci queant, in muris quippe & saxis ipsis. Sed & hemionitis in faxosis teste Dioscoride nascitur, nullius itaque ponderis illud argumentum. Hemionion, quod asplenon esse diximus, in montosis & faxosis nasci Theophrastus ait, experientia comprobatur. Hoc itaque asplenon Cretense, & forte an ab illa parte fluminis quæ proxima Cortynam erat montana fuere, in quibus nascebatur plurimum hemioninum, quod capræ & muli rodebant. Et quid impedit quo minus dicamus locum flumini proximum fuisse faxosum, in quo asplenum, reliquum verò solum pascendo pecori aptum. Huic opinioni quanquam favet Apuleius, tamen lectoris judicio quæstionem totam relinquam, ac nihil decernam, maxime quod de pecore sit quæstio, & utraque planta tam scolopendron, quam hemionitis lienem minuat.

CAP. X X.

* **F**iliæ foemina utilis contra vermes latos, melle * *Filix* se-
subacta: & contra tenues in vino dulci cum *mina* utilis
farina hordeacea data. Si mulieribus gravidis de-
contra latos
abortum facere: si cæteris, steriles in totum
ventris lum-
reddere ajunt. Differt foemina filix à mascula:
bricos, & con-
tra tenues:
quod folium unico artu porrectum hæc habeat, &
contra latos
radicem crassam, & longam, & nigram. Harum quidem cum
igitur vires sterilitati addixisse natura putatur.
melle, contra
Ad rem autem venereum, mirum in modum herba
tenues verd
cum polenta. Quin etiam si mulieri detur, gravidis quidem abortum,
simpliciter autem foemini sterilitatem facere dicitur. Differt foemina
filix à mascula, quod foli in hæc habeat ex uno pediculo, sive cauli-
culo & radicem magnam & longam, & nigram. Horum quedam ge-
nerationem promovent, quedam inhibent.

polle-

εῖναι, ὡςθ' ὁ πότας αὐτὸν βρύλοντα, ταῦτα πάζειν. τοὺς δὲ χρησμένους Φάναι καὶ δώδεκα. αὐτὸν γένη λέγειν (καὶ γὰρ ἵνα ιχυρὸς εἰ μέγας) ὅπερ εἰδομένοντα ποτε πλησάστε. τὸν δὲ πέσειν αὐτῷ τὸ πτέρωματος εἶναι κατὰ στράγγα. πελευτῶν δὲ εἰς αἷμα ἀγαγεῖν. ἐπεὶ δὲ Κροδοπέρως ὄφεαν τὰς γυναικας ὅταν χείρωνται τῷ Φαρμάκῳ. αὗτη μὲν γὰρ εἴπερ αἰλητὸς ὑπερβάλλεται τὰς διάβασις τῷ δὲ ὄλονεναν Φύσεις πνας ποιάντας, αἱ ποιῶσιν ὄφητικωπέρες, εἰκὸν τον. ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς τροφίμοις χυλοῖς ὄφεαν δύσας καὶ ἐν ὑγροῖς, καὶ ἐν ἔηροις. ἐπεὶ δὲ τεσσάρες τάξεις αἱλα διαμένει πάγη τοιεν. εἴναι κακές μὲν γὰρ Φαντοὶ τῷ ὑδωρ ταυδογόνον εἴναι γυναικῶν ὕσπερ εἰς Θεσπίας, εἴναι κακές ἢ ἀργονον, αἱς εἰς τὸ Πύρα. τέτο γὰρ ἡ πάντα οἱ ιατροί. εἰς Ἡρακλεῖα δὲ αἱς Φαντοὶς Αρκαδίας οἵος εἴτι, ὃς τὰς μὲν αἰδερες πνόμενος εἰσιντο. τὰς δὲ γυναικας τὸν αἰπεικόντας ποιει. ταίλιν δὲ εἰς Αχαΐαν καὶ μάλιστα ωὲν Καρυνίαν, αἱρέτας πάντας εἴτι αἴρεις εἰς τὸν εἰδηστόν τοιεν τὰς γυναικας δύσας καὶ κίνες Φάγων τῶν Βότρων, εἰσαμβλέψοι καὶ αἴτη. κατὰ δὲ τὰς γεῦσιν, γὰρ ὁ Βότρων γενεῖαν αἰθησιν ποιεῖ τοῦτο τὰς αἱλας γάρ οἱ εἰναὶ. εἰς Τροιζεία δὲ οἱ εἰναὶ αἴρονται ποιεῖ τὰς τίνοντες. εἰς Θάσον δὲ αὐτοὶ πνα ποιῶσιν ὑπνωτικὸν οἴνον. ἐπεὶ δὲ οἱ αἴρουνται ποιεῖ τὸν τίνοντας. αἱλα γὰρ αὕτη μὲν αἱ διαμένεις πέδος τὰς ζάρατας καὶ εἰς τὰς ζαραποτίες.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Hενίκη θηλάττερες. Non debet pars hæc disjungi. Est enim adhuc materia eadem τὸ στέρεον, τὸ mox epilogum facit. τέτων οὐδὲ αἱ διάβασις τοιεν τὰς γεύσεις. Theodorus omīsa partitione rededit ad brevitatē.

Mit' αἱρέτων. Theodorus addit., hordeacea, Plinius utrumque neglexit ponere.

Aἱ διάβασις τοιεν τὰς γεύσεις. Theodorus. Harum igitur vires addixisse sterilitati, male. Est enim epilogus omnium supra dictorum, in quibus comprehenduntur sententiae non solum sterilitatis, verum etiam fecunditatis. Et γενεα hic significat modum generationis: scilicet

pollebat, quam Indus attulerat. Non enim solum edentibus, sed etiam tangentibus tantum, genitalibus vim dixere vehementem adeo inspirare, ut quoties vellent coire possent. Et quidem, qui usi fuerunt, duodecies potuisse dixerunt. Indum autem ipsum, qui & magno, atque robusto corpore erat, septuagesies aliquando coivisse se fassum esse. Verum emissionem seminis guttatum fuisse, demumque in sanguinem devenisse. Mulieris vero vehementius etiam citari libidinem, cum eo medicamine usæ fuerint, dicebatur. Hæc igitur vis, si vere narratur, mirifica est. Esse tamen quasdam, quæ impetum ad coitum vehementiorem excitent, haudquaquam inepte putaveris. Nam & in alimentis ipsis tam siccis quam humidis, vires ejusmodi, atque etiam aliarum plerarumq; affectionum efficaces, manifeste sentimus. Aquam enim nonnusquam esse, quæ prolem mulieribus largiatur, affirmant: ut apud Thespias. Contra aliam apud Pyram esse, Pyram, quæ sterilitatem eidem inferre possit. Causam enim sterilitatis mulierum, loci illius talē medici reddiderunt: Apud Heracliam Arcadiæ, vinum, Herream. ut ferunt, fit, quod potum viros insanos, mulieres * steriles reddit. In Achæia apud Caryniam maxi- * Fecundas. me, vitis quoddam genus habetur, cujus + vinum + Vinum abortum facit. Et ubi canes vuam comedent, eas gravidis quoque abortu periclitari necesse est. In gustu nec abortum fa- vua secus, quam cæteræ, sapit, nec vinum à cæteris cit. distare percipitur. In Trezenensi agro vinum steriles, qui biberint, facit: apud Thasum vinum so- mnificum arte quadam conficitur, & aliud quod potum vigilantissimos facit. Sed ejusmodi vires ad corpus spectare, inque corporeis percipi manifestum est.

tam habitum, quam privationem, & minus placet, natu- ram addixisse vires sterilitati. Si vires faciunt sterili- tam; ipsi igitur imperant: non igitur sunt addictæ. Addicitur enim semper minus validum.

Θεοδόρου τετρατητήν. Tametsi epilogum fecit; tamen hoc quoque addidit.

Αἰρέτων. Theodorus, tangentibus. αἱρέτων, legit: nisi sit mendum. Ungentibus. improprie ta- men, namque & ungere, apud Latinos; & λίπος apud Græcos, de re pinguis dicitur. linentibus.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Hενίκη θηλάττερες. Inter ea quæ steriles mulieres redi- dunt, numerat filicem fœminam. Utriusque hi- storiam hoc capite enucleabimus. Græcis πτέρες & πτέριον nominatur; ab aliis avium, quarum speciem in ramulis, disposita ejus folia, referunt. Pennatus, enim & pennatis foliis frutex est filix. Plinius lib. 27. cap. 9. Folia utriusque lateribus pennata; inde nomen imposuere Græci. Dicitur etiam βλάχον pro quo apud Nicandrum βλάχον lib. de Theriac. hoc versiculo legitur.

Ἐτιδεὶς πολυχύδης βλάχης πνεὺς βάλλετο χάρητη (χάρητη Ald. cod.) Multifidae comas silicis accendere flamma.

χάρητη, vel, ut vulgo, χάρητη coma, pro folio ponitur, quod imitatus est Horatius.

— Redeunt sua gramina campis
Arboribusque comæ.

Folia intellige. χάρητη dixit Poëta, pro φύλλῳ, si non mendum, quod papyri instar expansa sint ejus folia. Arridet magis χάρητη. Ad hunc locum Scholiastes, εἰς τὸ πολυχύδην διοπτεῖς πολλὰ ισχυρὰ τὰ φύλλα σύντο. βλάχης ἢ λιγνεύη πτέρες ηγένη τὸ βλάχον. Multifida dixit, quod in plures particulas folia scissa, blettron vel blacknon

dicitur filix. Pro βλάχης βλάχης apud Theocriti Scho- liaitem legitur. πτέρες ιδεὶς βούδης, φλάχητη ἢ τὸ βλάχην. βλάχη autem Galeno in exegesi exponitur στρεπτὸς ποτὸς βλάχης γράφεται. Leguminis genus est, quod etiam blechnion scribitur. Pro βλάχης, βλάχης βλάχην apud Dioscoridem & Plinum βλάχον legitur. Dioscorides lib. 4. cap. 186. πτέρες, οἱ ἢ βλάχης, εἰς τὸ πολύχρονον καλέσσεται. Plinius lib. 27 cap. 9. Pteron Græci vocant, alii blechnon. Cur βλάχης, βλάχης, βλάχην dicatur, imaginari nequeo. Non sit verisimile; sic dici quod βλάχηna pulegium imi- tetur. Nihil enim quoad figurā & facultatem pulegio simile habet; nec à pecore gustata filix, quod sciām, balatum, uti pulegium, excitat. βλάχης fortasse dicitur, quod assumpta uteros debiles, & ad concipiendos ineptos reddat. Hesychius βλάχης (fortasse βλάχης) πτέρες. βλάχης. αἱρέτης, ταῦθη, ἀπαλλαγὴ, λελυμένης. Latinis filix dicitur, quod ex Græco derivatum creditur. Ππλίς pilix, filix, ut πόσα. piso, & αἴας ajax. Sed & ex πτέρες deduci potest. Nam vetetes scribebant fe- lix, & felicata opera, & felico. πτέρες, felix, ut λειπτός, lilium. Columella, quod avium pennas referat, aviam vocat. lib. vi. de re rust. cap. xiv. Si in opere collum contusum erit, præsentissimum est remedium sanguis de aere emissus, aut si id factum non erit, herba quæ vocatur

avia cum sale trita & imposta. Cur avia dicatur dixi, sed ut certius lectori constet filicem eam esse, Diocorides filicem sive *pinnigera* fœminam ad idem malum commendat lib. iv. cap. CLXXXVII. οὐδέ τις ἔπειτα δύσπλαστην, οὐ καθόραν ἐλαῖον, οὐ πιπερισσοτει, λόφοι τε οὐ πολὺγυροί οὐδὲ ταῦτα. Earundem farina præsumidis & agre sanescens tibis ulceribus inspergitur, ac jumentorum quoque cervicibus medetur. Plinius loco citato. Farina earum tetricis ulceribus inspergitur, jumentorum quoque in cervicibus. Filiz à Nicandro apud Athenæum lib. xv. in Georgicis, inter coronarias recensetur plantas, οὐδὲ οὐδὲ πεπτατησι, οὐδὲ παντεις ignis. Nam & exilis filix & acanthus. Agricolis tamen invisa planta, quod latissime sepe per agros diffundat, & difficillime extirpetur. Longas enim & obliquas habet radices. Virg. lib. 2. Georgicæ.

Et filicem curvis invisa pascit aratris.

Contra à Græco poëta αἴτιον id est mollis & delicata dicitur, quod in montibus in cultisque locis nascens gratum pecori pabulum præbeat. Et pastoribus cubilia & tomenta per hyemem sicca largiatur. Theocritus Eridyl. 5. οὐδὲ τις τὸ μόλις αἴτιον ποτέ παντούς. Si autem tu veneris teneram filicem calcabis. Alium ulum insuper præstat. Ex cineribus filicis ustæ, admixta quam soldam (hali) vocant, confletur vitrum viridemque ipsi colorem præparat. Vitis conficiendis idonea; quod hali, sive soldæ instar salsum quid obtineat. Inutilis tamen hominibus eo nomine dicenda, quod infuscandas reddat fœminas. Filicis duo genera novit Theophrastus, agnoscit Diocorides marem & fœminam. Utriusque meminit Plinius. Differentiam inter fœminam & marem ostendit Theophrastus, ac fœminam μονόκαλον dicit, quod Gaza, unico artu porrectum. Malunt viri Doctiores ex Diocoride μονόμοσχον ex uno membro, sive pediculo. Vulgata cur servari non possit lectio, non video. Μονόκαλον αἱμπλεῖον præceptoris est lib. ij. de cauf. cap. xx. *Vitis* unico caule constans, unistripes. Idem lib. iv. cap. viii. ejusdem operis μονόκαλα. *Gaza*, frumentaculmo simplici, caule Plinius frumentum unicalamum. ποτές μονόκαλον unico caulinulo constans filix. Utraque filix Iculenter à Diocoride describitur, ποτές (Ald. addit.) οὐ εἰ οὐ βλῆκον (vet. βλῆκον) οἰ οὐ πανύριζον παλάστη, φύλασσεν αἴσχυλα οὐ αἴσχυλον οὐ αἴσχυλη οὐδὲ εἴσοδος μοσχος, οὐδὲ πάχυν τὸ μίσθιον, οὐ παπυρινά οὐ αἴσχυλων, οὐ πτερού, οὐδὲνσαδή. οὐδὲ οὐ ιχεις οὐπόλαιον (vet. add. ιπιπικρι) μετανοτας, οὐδὲν πικρα, σύφισις ιχεσσιν πολλὰς οὐδὲνσφύσις τῇ γάστρι. Φύλται οὐ δρενεῖς οὐ παραδέσθιον ποτές. — Ιηλόπτερος, οἰ οὐ νυμφαῖαν πτερά οὐδεῖσσον, τὸ μὲν φυλακα πτερίδες οὐδεῖσσον, οὐ μονόμοσχον οὐδὲ οὐ πετεῖν. ἀλλὰ πολλὰς ιχοτατάσφυσις οὐ δύψιστερος. οὐδὲ οὐ δύπεισι μαρταραν πτεραγενα, πτερεῖσι, οὐδὲνσαδή οὐ τῷ μίλαν, οὐδὲ οὐ ιερτρα. Filici, quam aliqui blechnon, alii polyyrbizion vocant, folia sine caule, sine flore, sine semine, eaque ex uno pediculo, cubitali ferme longitudine excent, incisa & pinnarum modo utrimque expassa, subgravi odore: radicem vero habet, per summa cespitum nigrum, quadantenus longam, multas fundentem propagines, quæ sunt subadstringente gusto. Nascitur in montanis saxosisque locis. — Thelypteris, seu filix fœmina, quam alii nymphæam pterim nominant, foliis est est filicis, quæ tamen non singulari, ut illa, pediculo hærent, sed è numerosis altioribusque propaginibus excent. Radices subjacent longa in obliquum, numerosa, ex nigro fuscantes, aliquæ etiamnum rubræ inveniuntur. Plinius lib. xxvii. cap. ix. Filicis duo genera nec florem habent, nec semen. Pterin Græci vocant, alii blechnon, cuius ex una radice complures excent filices, binas etiam cubiti excedentes longitudine, non graves odore. Hanc marem existimant. Alterum genus Thelypteris Græci vocant, alii nymphæam pterim. Est autem singularis atque non fruticosa, brevior, mollis torque & densior, foliis ad radicem canaliculata. Utriusque radice suas pingue sunt. Folia utriusque lateribus pinnata. Unde nomen Græci imposuerunt. Radices utriusque longæ in obliquum, nigrae, præcipue cum inarure. Siccari autem eas sole oportet. Nascuntur ubique, sed maxime frigido solo. Effodi debent vergiliis occidentibus. Scribunt veteres, marem neque caulem, neque florem, neque semen ferre; caulem non ferre marem pictura satis ostendit, nam pediculi quo folia annexa sunt, caulis dici non meretur: πάχης est sive costa. Major difficultas de semine. Scribunt

enim Docti viri nocturnis excubii, 23 Junij, sive natali nocte divi Joannis Baptiste, substrato filici linteolo, matutino ortu, semina nigra minutula, qualia sunt papaveris, inveniri. Quod commentitum & superstitionis esse alii narrant. Cum tamen rudimentum quoddam seminis edant pulverulentæ foliorum fibræ rugosæ. Minutus tamen ille pulvis, qui aversis foliis quasi inhæret, pro semine accipi non debet,

Filix mas.



Ex ea enim nova nunquam prodibit planta. Illud fabulam sapit, una solstitiali nocte & florere, & eadem hora qua defloruit, maturum semen in terram cadere, ideoque nisi quispiam tum adfuerit, nec videri florem, nec colligi semen. Rectius illi, qui semen aversis foliis inhærente ajunt; sed adeò minutum & exiguum, ut visum ferè fallat, colligique abscissis ad radicem foliis, & in domo suspensis, substrato papyro circa finem Junii, hoc enim tempore maturare. Sed, ut dixi, minutum illud semen non videtur esse. Est & alia, quam haec tenus nemo movit, quæstio. Theophrastus fœminam à mare differre ait, quod folium habeat μονόκαλον, ex uno caulinulo. Diocorides vero οὐ μονόμοσχον folia dicit, id est singulari, ut maris, pediculo non hærente; sed è numerosis altioribusque propaginibus exire. Hæc prima fronte contraria videntur, sed si paulo diligentius ad utriusque autoris verba attendatur, nulla contrarietas reperiatur. Theophrastus cum scribit μονόκαλον, intelligit unicum emittere caulinulum striatum, aliquatenus versicolorem, medulla refertum versicolore; quo oblique inciso, bicipitis aquilæ species quædam apparet. Diocorides cum οὐ μονόμοσχον inquit, vult caulinulo assurgere ad medium usque nudo, ibique plures emittere pediculos; Contra quam in mare videmus: huic enim caulis nullus, sed unicus pediculus, in quo folia: Contra fœminæ, ut dixi, unicus caulinulus, in quo plures pediculi, in quibus folia complura alata, & maris foliis similia, sed minora. Itaque perperam Theophrasti codicem corrigit, ac λαῖνον μονόκαλον, μονόμοσχον restituunt; cum Diocorides μονόμοσχον esse negat, quod verum est, & ab experientia probatum. Diocorides marem πανδυνιδη ait. Plinius non graves odore filices ait. Odore

Felix fœmina.



Odore gravem esse marem, negari non potest. Quare doctiores odore subgravi, ex antiquo codice, legunt. Folia mox à radice emittrit ampla, nonnihil aspera, subdura, frangi haud difficultia, diluto viridi colore, odo te gravi, cubito altiora, alarum instar expansa, veluti de plurimis ad unum coherentibus pediculum composita, quorum singularia pinnata, & secundum margines crenata, à tergo veluti tenuissimo sordidoque pulvere obfessa. Complures ex una radice exire filices Plinius ait. Dioscorides πέντε πολλὰς ἵκει εὐφίσια multas habere radiculos adnatās. Feminam Plinius singularem inquit, non fruticosam. Corruptum codicem esse adstruant, & corrigunt, est autem non singularis atque fruticosa. Quod à vero longè abest. Μολύκωδες esse Theophrastus & dixit, & autopsya docet: deceperunt virum Doctiss. verba Dioscoridis εἰ μολύκωδες. Radices utrius oblongae in obliquum. Ex hoc loco patet Dioscoridem non φάσαι, ut quidam volunt, sed φάγειας scripsisse. Notandus tamen Plinius, quod utrique tribuat quod de altera tantum Dioscorides. Sues pingue scere usu filicis Plinius scribit. Extremos Normanniae populos ut Abrincathes, ex filicibus panes conficere, recentiores tradunt. Fœminam Theophrastus adversus lumbricos latos, tenuique commendat. Dioscorides marem fœminamque ad lumbricos latos præscribit, fœminam verò ad latum, rotundumque & quidem de mare, ταῦτα οἱ πίστεις ἐλμυρῶν οἰνῶν < δὲ, ὅταν μητὸν μελικρότερον λαμβάνην. (alterum delendum, < vel δὲ, idem enim denotat) βίαλον δὲ οἱ μητὸν σπαμνωνιας, οἱ ἐλλεῖψες μελικρότερον τεττάγωνον δέιν τις. — Idem de fœmina, καὶ ἀνταντα (ρίζῃ) δὲ οὐκ μελικρότερον εἰπεικτὸν λαμβανόμενην, τοιατιανὸν ἐλμυρήν εἰπεικτόνην λαμβάνει. Id est, hujus radix latum lumbricum, quam taniam vocant, sumpta drachmis quatuor ex aqua mulsa: melius si cum scammonia, aut elleboris nigri totidem obols detur. — Et haec quoque radices cum melle in eclegmate sumpta, lata interaneorum animalia pellunt: post verò ex vino drachmis tribus teretes lumbricos ejiciunt. Hæc his verbis Plinius. Pellunt interaneorum animalia, ex his tenias cum melle, cetera ex vino dulci triduo potæ. Gravidis abortum, non gravidas steriles reddere, ait præceptor. Dioscorides γυναικὶ δὲ δεθεῖσιν αὐτανθίσιαν ποιεῖσθαι. καὶ Ἰαννός δὲ Διογένης (lege καὶ ἔργῳ δὲ λάθη ita codex opt. ita Serapio) εκπτώσει. Id est, datæ fœminis conceptum impediunt,

quod si à gravida sumantur, abortum illa faciet. Plinius loco citato. centra danda mulieribus (de fœmina Di scorides & Theophrastus id referunt, de utraque Plinius.) quoniam gravidis abortum, ceteris sterilitatem facit. Porro fœmina filix dici nequit planta illa, quam filicem quernam Adversaria: auctores vocant, quod sit πλύκωδες & μολύκωδες quod de mari veteres. Dryopteris plures esse volunt. Dioscorides lib. iv. cap. clxxxix. describit, sed apud Oribasium qui seriem alphabeti servat αἰνὴ δρύπτεις; βρύπτεις legitur, & fortassis rectius. Βρύπτεις à musco, cum quo reperi tur; alioquin δρύπτεις à queru, sive robore, cui innascitur. Apud Hesychium verò δρύπτεις legitur. Δρύπτεις, βρύπτεις η εὐφίσια πτερεῖ herba filici similis. Describitur à Diosc. his verbis δρύπτεις φύτης κατὰ τὰ βρύπτεις πτερεῖς πλάκαις δρυᾶν, οὔσια πτερεῖς, ἐλάττων ἢ πολλὰ χορεύονται ἐχεντεῖς ἐπιπλοκῆς στοιχίας ερυθρίς (quidam addunt τὸ μετρόν κανθαρίδες) καὶ τῷ γενετῷ στολεῖς. Dryopteris in veterum roborum, mycosis partibus enascitur filici similis, at multo tenuiore foliorum incisura, radicibus inter se implicitis, hispitis; gustu adstringentibus, & ad dulcedinem vergentibus. Plinius loco citato. Dryopteris filicis

Dryopteris querna filix.



similis in arboribus nascitur, tenui foliorum subdulcium incisura, radice hispita, vis ei caustica, ideo ptilosothrum est radix tusa. Poltremum à mente Dioscoridis alienum. Sed de viribus dryopteris alibi. Folia huic polypodii sunt prorsum, aut filicis fœminæ, minoria, multo tamen (non minoribus laciniis) delicatiora, tenuiora & teneriora, exilibus juncis, pedem altis, plumatim foliorum exortus, ex adverso exacte gerentes; aversa item folia notulis aspera, non extantibus rubiginosis, sed candidis adipictis, serie gemina, secus foliū nervulum medium. Radix verò longa, variè inflexa, humi decurrens, fulca, subhirsuta, & villis cirrisque fibrata, polypodii (nisi quia gracilior multo) perquam similis. Radici sapor acerbior multo, quam polypodii, non gratus, & siccata nonnihil calida, cuiusmodi in tormentilla appetet, sed hujus exitiosa, quare videant diligentiores Pharmacopœi, ne cum imperitis & negligentioribus hujus radicem pro polypadio ægris obtrudant. Æerotis suis hanc exitio fuisse, ob pharmacopœorum flagitiosam inscitiam, tradit Rondeletius.

At dryopteris εἶδος οὐδὲ γνότος. Epilogus est omnium supra dictorum, in quo tam fecunditatem, quam sterilitatem comprehendit, quod non vidit Doctiss. Gaza, Tisic enim sterilitatem vertit, cum modum generationis hoc loco significet, habitum scilicet & privationem. Epilogo addit præceptor miram quandam historiam. Ad rem venereum mirum in modum pollere herbam, quam attulerat Indus. Hujus historiæ meminit Plinius lib. xxvi. cap. x. Prodigiosa sunt quæ circa haec tradidit Theophrastus, auctor alioquin gravis, septuageno coitu durasse libidinem, contractu herbe cuiusdam, cuius nomen speciesque non posuit. Hæc Plinius verba lectionem Theodori confirmant, qui αὐθαίρετος non, ut vulgo legitur, αὐτοφαίρετος unctis translatis. Apud Joannem Leonem Africanum memoranda quædam, sed non credenda de radice furnag referuntur.

Fffff 3 Locus

Locus est lib. x. & capite ultimo ubi ait. *Surnag radix*, est quoque, & hoc radicis genus in Atlantis occidentali- bus locis proveniens, cui vires inesse ajunt, earum regio- num incolae, membrum virile cum confortandi, tum qui ea in electuaria utatur, coitum augendi. Affirmant quoque, si casu radici immixtare quenquam contingit, subito mem- brum erigi. Non pratermissurus sum hoc loco, que com- muni sententia omnes Atlantis incolae afferunt, plurimas puellas ex earum numero, que animalia per eos montes pascunt, virginitatem alia occasione non amisisse, quam quod urinam supra hanc emisissent. Quibus ego joco re- spondebam; me probare quicquid de ejus radicis occulta vir- tute eventus comprobasset. Ajebant quoque inveniri non- nullas, que adeo infecte essent, ut non modo virginitatis florem amittere facerent, sed corpus universum quoque turgere. Credat Judaeus apella, non ego. Non esse hanc plantam, de qua Theophrastus agit, ex eo con- stat, quod non in India, sed Mauritania nascatur. Nisi quis velit, & in India & in Mauritania nasci. Ni- hil enim impedit, quo minus utroque nascatur. Mi- randa efficacia ad excitandam venerem de herba bangue dicta, Acoftæ reculerunt Indi, qui cap. lib. iv. Bangue, inquit, simile fere est cannabis, cuius Dio- scorides lib. IIII. meminit; caulem habet quinque palmo- rum longitudine, quadrangulum, colore dilutius vidente, fractu contumacem, nec adeo concavum ut cannabinus cau- lis, cuius cortex non minus quam illius in fila diduci po- test; folia cannabina superne virentia, inferne incana la- nagine pubescens, gustu terrestri & insipido: semen can- nabino minus; nec adeo candidum. Indi semine & foliis vescuntur, ut validiores siant in re venerea. Narravit patri meo, vir fide dignus, ex India redux, herbam quandam esse in Saratta, bangis incolis dicta, tantæ efficacie, ut qui assumperit illam, tantas vires ac- quirat, ut per integrum noctem, quasi sine inter- missione, rem venereum exercere valeat. Herbam ipsam noverat quidem, sed describere non poterat. Sic & praefectus quidam Batavus in India, eadem herba sepius utebatur. Narravit is fide dignis, & le- dulò quidem, feminas, etiam numero plures, que cum ipso, illa nocte, concumberent, adeo defatigatas à venere fuisse, ut postea horrent ipsius concubitus. Ipse vero tantopere exhaustus, & defatigatus erat, ut restaurantium medicamentorum, & optimorum alimentorum ope restitui debuerit. Hæc an illa sit herba, de qua Theophrastus agit, ignoro, cum ipse descriptionem nullam addat. Fit tamen ex dictis ve- riū. Sunt qui esse putant satyron, idque quod satyri nulla fiat apud Theophrastum mentio, tum quod Dioscorides satyron erythronion adeo efficax, potens dicat ad excitandam venerem, ut solum manu si teneatur, venerem stimulet & accendar. Dio- scorides lib. IIII. cap. CXXXIV. Ιππεῖται δὲ ὅν τὴν ἡ- τη χειρὶς λαφέσσει τὸ πίτα οὐδεῖται τοξεύσα. τὸ δὲ στόματον τὸν φασίν ιαθεῖ, μετ' οὐρὰ ἀντηρὶ πιθεύσον. εἰ δὲ τὸ τοῦ πηλοῦ θηλακῆς ὁ Γαληνός φυσι τὸ τελεύταιον, τὸν τοῦ οὐκινός οὐρανὸν τὴν τοῦ άγειαν κιλκα, αὐτοφοίνην αὐτὸν τὰ σίῃ, &c. Satyron, aut triphyllon humidi est tempera- menti, & calidi, item flatuosum, unde veneris appeten- tiam facit, nonnulli opisthotonis cum vino austero potum salutare esse tradunt. Galenus in commentario de theriaca trifolium ait hyacintho simile esse, quum aere inturgescens, semen sylvestricno aequali habet, decocti ipsius jus super- fluum, &c. Galeni locum supra lib. IV. cap. XI. ex- minavi, ubi in dubium vocavi vocem ιακιθη, ac dixi ιαφάλτω legendum, quod hic Eginetæ locus prohibet, & fortassis non inepte Galenus Hyacintho com- paravit, quod flosculi qui umbellam conficiunt, colo- ris cerulei, sive hyacinthini sint, id est lepus quem hya- cinthus refert ceruleus. Ceterum fallitur Egineta, cum Galenum de trifolio satyrio loqui existimat, bitumi- nosum intelligit trifolium, quod Nicander, & Diosco- rides adversus bestias venenatas commendat. Locum citatum audeat lector. Nemo insuper satyron hyacin- tho comparavit, semen enico simile ferre dixit. Mirto Eginetam, venio ad Plinium, quem supra ostendit, orchidum historiam cum cratægono & satyrio con- fundere: hoc loco eandem satyrii orchidumque histo- riā in unum miscere demonstrabo. Græci, inquit lib. XXVI. cap. x. Satyron foliis liliis rubri, minoribus, & tribus non amplius ē terra excentibus tradunt, caule levi, cubitali, nudo, radice gemina, cuius inferior pars, & major mares gignat, superior ac minor feminas, & aliud genus satyrii erythraicon appellant; semine viticis ma- jore, levi, duro, radicis cortice rubro. Quæ planta saty- rion referat, inter recentiores non convenit, & re- pertam esse non sine ratione negatur. Utriusque satyrii iconem exhibet Mathiolus, vellem descripsisse. Diligentiss. ac Doctiss. botanici ad verba Dioscoridis fictas & ementitas plantas esse scribunt, ac primum alii phallum Baraticum, alii fausel, cui tria adiecta sunt folia censem. Alterum quid sit divinare nequeo. subjicienda tamen sunt adversariorum au&torum verba, qui se vidisse scribunt erythronium his verbis.

Dum

Dum essemus Venetiis superioribus annis, vidimus non
semel in Angeli symbolo, Alberti Martinelli officina, radic-
es subrotundas, magnas, rugoso tuberosoque cortice ex-
fuso rubello, effigiem & magnitudinem cyclaminis, vel
potius Aristolochiae rotundae, & prægrandis assecutas,
carne intus albida, eduli, dulci, & bulbocastano, bunt
dicto, adeo accidente, ut eadem, nimis solo latiore &
peregrino enirritam suspicaremur. Sed illico Martinellus
aliquot missis Alepo Syriæ, à fratre Cequino, qui ut erat
explorator non minus avidus, quam peritus, exoticarum
stirpium, erythronium satyrum judicabat. —
Earundem Iacobo Cortusio alteram dedit idem pharma-
copœus, quam multo post, quasi nunquam vidissimus,
munificus ille Patavinus ostendebat nobis, & penè invi-
tis risum excutiebat, qui diceret, se mansibus duntaxat
attrectando totum turgere venereis libidinibus, hanc i-
psam Mathiolo postea misit, non Cequinus, ut audivimus.
Alii satyron putant, quod Syri buteridem vocant, ra-
dice candida & dura, commendatiore quo crassior,
rugosior, & albior fuerit, podagræ utili, idem per
idem probant, nam Arabibus satyron bureidis di-
citur. Serapio bureiden est, species satyronis, &
bureidea sunt radices albæ, duræ, similes behen albo.
Alii satyron basilicon, vulgo palma Christi, pro sa-
tyrio pingunt. Palma Christi dicitur, quod ejus radix
humanam manum quoddammodo æmuletur. Sed
multa sunt ob quæ hæ minus satyron dici mereantur.
Non est triphyllum, nec flos est liliæ effigie, nec ra-
dix mali magnitudine bulbosa, foris ruffa intus alba.
Non est erythronium, quod semen non sit lino simili,
nec radicis cortex rufus. Verbo, ut dicam, nihil fer-
mè habet quod satyron referat. Ad orchidum clas-
sem referri debet, ac cum his eadem esset, nisi ra-
dices latores essent, ac depressæ magis, & in tres
quatuor aut quinque partes in extremitatibus divisæ,
instar digitorum manus. Alii dentem caninum saty-
rion esse statuunt. Non esse triphyllum, ex eo proba-
tur, quod caulinum ferat neutiquam palmarem, mul-
to minus cubitalem: desideratur præterea mali magni-
tudine radix insuper quod duo promat tantum folia.
Nec erythronium dici potest; quod semen lino sit
dissimile. Flori enim succedit triangulare capitulum,
continens aliquot semina leucocy bulboſi præcociſ al-
terius feminibus ferè respondentia; sed longiora
gracilioraque, flaveſcentis coloris. Negari tamen
nolim, magnam vim radicibus illis inesse excitandæ
veneris. Quippe medici Lugdunenses in Gallia diu uſi
sunt bulbis conditis dentis canini, loco satyrii veri,
nec sine fructu. Attamen tanta huic non est vis. Alii
tulipam pro satyrio agnoscunt, & satyron erythro-
nium esse afferunt. Sed velim ostendant semen lino
similitudine majus, firmum, & splendens. Semen tuliparum
in capitulis est planum, cartilaginosum; non
nihil angulosum, aristolochiæ clematitidis modo. Nec
triphyllon est, folia enim non rubescunt, nec nisi mali
exiguæ magnitudine est radix. Venereis exercitiis sti-
mulum addere tulipæ bulbos in cibum assumptos,
credo; sed tantam habere ad venerem instigandam
vim, quantam veteres satyrio suo tribuunt, non facile
mihi quis persuadebit. Planta igitur quæ satyron
antiquorum omnibus notis referat, ad meam ha-
ctenus nec aliorum quod sciam pervenit notitiam. Quæ-
dam tamen de tuliparum historia addenda puravi.
Nomen tulipa accepit à pili Scavonici similitudine,
qui Turcis dicitur tulipant, dulpan, dublent. Hunc
pileum videtur hic flos forma exprimere. Tuliparum
differentiæ sunt ineffabiles, si colorum pulchritudi-
nem & maximam varietatem respicias, adeo ut me-
rito regina florum dici mereatur, & verbo ut dicam,
pulcherrimos maximeque delectabiles videbis in hac
coloris, quos artifici penicillo æmulari quidem, sed
imitati fas non est: in uno etiam tuliparum genere co-
lores mille modis pares ac diversos observare licet.
Hanc tamen latissime tuliparum parentem varieta-
tem, his sex differentiis includo. Primo, à tempore
florendi, aliæ sunt præcoceſ, ferotinæ quædam, aliæ
mediae. Secundo, à magnitudine, aliæ sunt majores,
aliæ nanæ. Tertiò, ab odore, quod sunt suaveolen-
tes, quædam inodoræ. Quarto, à foliorum varie-
tate, nonnullæ sunt latifoliæ, aliæ tenuifoliæ: reperiuntur
& variegatis foliis, ad instar graminis striati.
Quinto, à florum plenitudine; aliquæ sunt simplices,
aliquæ plenifloræ. Sexto, à coloribus, quos in tulipa-

rum genere mille modis pares, & diversos observare
licet. Aliæ albæ sunt, aliæ rubræ, flavæ, & subviri-
des &c. aliæ ex duorum aut plurium colorum con-
cursu mixtæ, flavoalbæ, rubroalbæ, rubroflavæ &c.

Tulipa cum semine.



Tulipæ flavæ variegatae fundatum est color fla-
vus, picturæ varietatem facit rubedo polydædala,
rosea, miniata &c. Alia atque alia idea, nunc has, nunc
illas foliorum partes investiens. Tulipæ albæ varie-
gatae basis est albedo, maculæ & striæ flammeæ ex-
ornantes albedinem, modo hic, modo illuc; nunc hac,
nunc illa facie. Et sic de cæteris variegatis, in quibus
hoc neutiquam reticendum, non servare eas quo-
tannis eandem elegantiam. Qui enim hac æstate flo-
rem in horto suo educavit ineffabilis pulchritudinis,
idem anno proximo, ab eodem bulbo, donatur flore
turpi & inamoeno. Contra, qui bulbus, continuos
aliquot annos vulgarem rubrum, aut flavum flore
ostentavit, is una æstate pulcherrimi coloris flosculo
exhilarabit possessorem, sed brevi, nec perenni gau-
dio. Mox enim totus bulbus cum ipsa planta, se-
quenti ut plurimum anno emoritur, & interit, quasi
ante fatalem obitum, delectabili spectaculo recrea-
turus dominum.

Ex quibus constat vesana illorum vanitas, qui tantam
pecuniarum summam pro unica tulipa exponunt, pro
qua, non dico hortum venustum omni genere flo-
rum ornatum, sed integrum agrum comparare pos-
sent; ægrius ferentes fugacis, novo aliquo modo
striatae, alicuius tulipæ mortem, quam fidi amici.
Hortensium riserit quis, qui murænam piscem atratus
luxit: nec hos minus, qui flores, id est brevia quæ-
dam & fugacia. De quibus optimè antiquissimus
Græcorum poëta Homerus.

Zephœnæ mœsonæ n̄ uero φίει, αὐλαὶ τὸ ποτεῖ.

Zephyri spirans aura, alia quædam gignit, alia concoquit.

Tulipa hæc an apud priscos nomen invenerit, incer-
tum est, ipsa enim planta ipsis incognita videtur.
Neque enim,

*Omnia grandior etas
Non quæ scimus habet, seris venit usus annis.*

Teror ab illis. Recte & prudenter subjicit, esse quasdam plantas quæ impetum ad coitum vehementiorem excitant, tacite ridens illos, qui plantis tantas adscribunt vires, ut si manu tantum teneantur veneras libidines immoderatas movere possint. Haec enim nihil tale repertum, nec humano generi utile fore, propensi satis ad venerem homines. Ceterum venerem stimulare quasdam plantas, vel uno erucæ exemplo probatur.

Excitat ad venerem tardos eruca maritos.

De petrofelino nihil dicam, Belgarum mulierculis adagium notum.

*Peterseli helpt de Mannen te paert/
De Drouwen onder de aert.*

Varias, ingentes & valde efficaces plantis vires inesse, nec plantis solum, sed & alimentis, tam humidis quam secisis, variis demonstrat exemplis. Ea non omnem superant fidem, quilibet sua fruatur opinione, ad credendum neminem constringo.

Ωντεις Θεσπιας. Apud Thespia aquam quandam esse ait, quæ mulieres fecundas reddit. Idem hic locus ab Athenœ lib. ij. citatur, sed corruptus videtur. Vulgo legitur, εὸς τοῦ φυτοῦ εἰσιαχῆς φυτοῦ ὑδρεύοντος παρθένοις, εὸς Θεσπιας. Scribe ex hoc Theophrasti loco ὑδρεύοντος γυναικῶν παρθένοις, &c., &c. Plinius lib. xxxi. cap. ij. Thespiarum fons conceptus mulieribus representat, item in Arcadia flumen Elatum. Cuius autem partum Lini fons in eadem Arcadiâ, a borsusque fieri non patitur.

Ως οὐ πυρᾶ. Apud Pyram ait esse aquam quæ sterilitatem eiusdem inferre potest. Apud Athenœum πυρᾶ legitur. Et πυρᾶ οὐ αὔρα. Restituendum apud utrumque πυρᾶ. Plinius loco citato. E diverso in Pyrrha flumen, quod Aphrodismum vocatur, steriles facit. Stephanus εἰσὶ πόλεις πυρᾶς μάλισται Θεσπιαῖς, ἀφεμένην δὲ πυρᾶς οὐ δικτυαῖς πυρᾶς. Strabo ad finem lib. viii. Καὶ ἔργα μὲν ποιεῖται θεραπείαι. καθόλη δὲ ὅπερεις σπαλαῖται Πυρᾶς δὲ Πυρᾶς τῆς Διυγλαῖων γνῶνται. Hæc ergo singulatim de Thessalia dicta sunt. In universum vero scias olim eam suisse Pyrrhaeum vocatam à Pyrrha Deucalionis uxore. Apud poetas pro Pyrrha Pyrrha invenitur. Rhianus de variis appellacionibus Thessaliam.

*Πυρᾶς δὲ ποτὲ τὴν γε παλαιότερην ιγλίσιον
Πυρᾶς Διυγλαῖων δὲ δέκας αἴκαλοι.*

Antidotum hujus aquæ Pyraenæ, videtur Sinuessa; cuius loco citato meminit Plinius. In eadem Campanie regione Sinuessa aquæ sterilitatem særinarum, & virorum insaniam abolere produntur.

Ἐτ Ηρακλεῖα. Ab aquis ad vina sicco pede transit, ac primo loco de Heracleâ agit, si modo non corrupti codices. Plures urbes Heracleæ nomine insignitas

K E Φ. K A.

*De herbis, quæ ad animum & mores faciant: ut vesicaria, cænothera, polio, anthirriza,
flore aureliae. Quodque homines hæc commenti fuerint, qui artes extollere
& celebrare cuperent.*

*Π*ρὸς δὲ τὰς ψυχὰς, τὸν μὲν ἐρύχνον ὁσπεό^{ωδεικεῖν} καὶ ἐξισέναι, καθάπερ ἐλέχθη τοστὸν. ηδὲ τὸ σινοθήρα πίζα δοθεῖσα εὸς σινωτριῶν ποιεῖ ήταν αἱρώπερον τὸ ήθος. ἔχει δὲ δὲ σινοθήρας, τὸ μὲν φύλλον σφρον αἰμυγδαλῆ. τολατύπερον δέ. τὸ δὲ αὐθός ἐρυθρὸν ὁσπεόροδον. αὐτὸς δὲ μέγας, ὡς θάμνος, πίζα δὲ ἐρυθρὴ καὶ μεγάλη. * ὅλη δὲ αὐαθεῖσης ὁσπεόσιν. Φιλεῖ δὲ ὄρεντα χωρία. Φαίνεται δὲ εἰς τὸ ἄτομον. σινοθήρα περιστροφεῖται περικαρπίῳ, διώσ-

* Λόρας δὲ
αὐαθεῖσης.
Aldo.

suisse, apud Strabonem & Stephanum legitimus; sed Arcadiæ urbem esse, quæ Heraclea vocatur, neuer prodit. In Arcadia vini hoc genus nasci, auctor est Plinius lib. xiv. cap. xviii. Sunt, inquit, in vino prodigia: dicitur in Arcadia fieri, quod fecunditatem særinaris importet, viris rabiem. Hic locus secundum mendum in Theophrasti verbis ostendit, nempe πυρᾶς, non ἀπεκτένεις, ut vulgati codices habent, scribendum. Plinianæ lectioni favet Athenæus lib. i. Θεοφραστος εὸς τῷ πολεῖ φυτὸς ιστείαι φυτοῦ, εἰς Ἡράκλειαν τῆς Αρκαδίας γενεθλίου εἶναι εἰς τὸν μὲν ἀρδεαῖς πυρᾶς ιστείαι τὸν δὲ γυναικῶν πυρᾶς ποτεῖ. Interpres, vir Doctiss. maluit Theophrasti codicem depravatum sequi, quam Athenæi. Fortassis quod Plinius non legerit. Theophrastus, inquit, Libri de historia plantarum scribit in Heraclia Arcadiæ oppido, vinum fieri, quod insaniam viris, sterilitatem mulieribus importat. Fecunditatem Græcus dixit auctor, interpres sterilitatem. Crediderim quod in antiquo quodam codice legerit, τὸς ἡ γυναικας κυνεους πειθεισαμελοντη. Sed vulgariter, quæque in antiquissimis reperitur, cum probet Plinius, cur rejiciam causam non video ullam. Ex hoc ipso Athenæi loco εἰς Ἡράκλειαν legendum, nemo non videt. Ἡράκλεια Arcadiæ urbem esse prodidit Stephanus. Ἡράκλεια — εἰς τὴν πόλιν Αρκαδίας, η ιδίας Σολυγερός. κατα δὲ πόλιν μισσην, τοῦτο Πελοπόννησον. Plinius lib. iv. cap. vi. de Arcadia. Mediterraneana ejus Arcadia maxime tener, undique à mari remota: imitio Drymodis, mox Pelasgis appellata. Oppida ejus Ψόφησι. — Melanea, Heraclia, Psile. Arcadiæ etiam urbem esse, docet Strabo lib. viii.

Περὶ κορνιτῶν. Quod de vino apud Caryniam inquit, id Plinius lib. xiv. capite xviii. his verbis recenserat. At in Achaea maximè circa Caryniam abigi partum vino, atque etiam si uam edant gravide, cum differentia in gestatu non sit. Ex hoc Plinii loco probatur Καρνία, ut in Lugduno-Batavo codice habetur, legendum. In Aldino alioquin exemplari Καρνία, legitur. Apud Athenæum Καρνία. εἰσὶ δὲ Καρνία τῆς Αχαΐας αἱμπίδια περιστερῶν, αφεὶς τὸν εἶναι ιεραμέλεια ποτεῖ τὸς γυναικας τὸς ιεραμέλειας καὶ η βοτεῖν. Φυτοῦ φάρωσι, ιεραμέλεια. Aliud circa Cerniam Achaea vitis genus esse, cuius vinum prægnantium særinatum partum abigit, aut si uam edant gravide: Nondubito quin apud Athenæum legi debeat, καὶ δὲ βοτεῖν εἰ κύνη φάρωσι, alioquin magna satris taurologia.

Ἐτ τερψηνία. Quæ sequuntur ad calcem usque capitis facilia sunt, nec disputatione ulla (modò quis fidem adhibeat) egent. Eadem apud Athenæum leguntur. οὐδὲ Τερψηνία οὐδὲ αὔρα φασὶ ποτε τὸν περιτταῖς. εἰ Θάσος δὲ λίγης ἡς ἀντὶ ποτίσιν οὐδετερα ιστείαι, εἰ τοσοὶ αὔραται ποτίσιται τὸ πινότας. Vinum quæ Trozenium bibunt, generare negantur, Thasios duplex, vinum fit, alterum soporiferum, alterum quo fugatur somnus. Plinius loco citato. Trozenium vinum qui bibunt, negantur generare, Thasios duo diversa facere prodit, unum quo somnus concilietur, alterum vero quo fugetur.

Αλλα δὲ αἴτια, &c. Hæc conclusio est partis prioris disputationis, quam Praeceptor suscepserat cap. xix. Proximo capite agit de altera parte, de iis scilicet, quæ ad animum, moresque pertinent.

C A P. XXL

*A*D animum vero * vesicariam adnotant. * Solanum. Hanc enim veluti turbare ac alienare mentem affirmant, ut superius est dictum. Contra radix cænothera data è vino, mitiores hilarioresque mores reddit. Constat cænothera folio amygdalæ, verum majori; † flore rosaceo. Loca adamat monstrosa. Id tamen absurdum nequaquam videtur. † Verū magnum, roseo, frutex est magnus, radice rubra & magna, quæ siccatà vinum olet. Loca adamat monstrosa, hoc autem minime absurdum esse videtur: quippe quoniam fit expiratio quedam, enīz vis & odor, vinosus existit. sed potius illa absurdā & incredibilis putentur.

Fit

^{περιστατικόν} Ald. μή εἶχον οἰνώδη. ἀλλὰ τὰ ἐνυγέσεργα καὶ τὰ περιστατικά, πότε τῶν αἰθίαπων οὐδὲν τῶν αἰλεῖαν Φαρμακίαν λεγούμενα, τοῖς τε σώμασι καὶ τοῖς οἰκίαις. καὶ αἱ δῆ Φασι τὸ τόπολιον καθ' Ήσιόδον καὶ Μεσοποταμοῖς πάντα περιγράμμα περιβάσιον γέρεισμον εἴναι. διὸ καὶ ὅρπετον αὐτὸν νύκτωρ σκηνὴν πηγάδημοι. καὶ τὸ τέλος τῆς οἰκλείας ἡ καὶ ἐνδοξίας ὁμοίως *

* αἰνῆραν, καὶ μᾶλλον. οἰκλείαν γάρ Φασι τὰς ποιεῖν * τὸ αὐτόπερρον καλέμφρον. τοῦτο δὲ ὁμοίον εἴσι τῇ αἰπείνῃ. ρίζας ἡ δὲ ψεπτινόν. οἱ δὲ καρποὶ ὠστεροὶ μόχλων εἴχει. τὸν δὲ δόπτητα αἰλείφομον ἐνδοξεῖν.

† ιλεοχεύσης. ἐνδοξεῖν δὲ καὶ εαντὶς ἡ δὲ λειχεύσης τῷ αὐτοῖς σεφανταῖ, μέρῳ ραίνων σὲ γεννιτάς ἀπύρρο. εἴχει δὲ ὁ

* φύλαν οὐδὲ λεπτόν. καὶ τὸν καρπὸν δὲ λεπτὸν καὶ σκληρὸν, Bas. ρίζας δὲ επιπόλαιον οὐδείτιν. γεώντης ἡ αὐτῷ περὶ τὰς πανταὶς διακετὰς σὲ οἷνον, οἱ περὶ τὰς περικανάστας καὶ μίζαστας μέλιτα. τὰ μὲν δὲ τὰς πανταὶς, καθέπερ καὶ περιπέραν ἐλέχθη, σωματίσειν βαλομένων εἴσι ταῖς εαυτῶν τέχναις. αἱ δὲ τὰς ρίζαν καὶ τῶν καρπῶν οὐτῶν οὐτῶν Φύσεις, ἐπεὶ πολλαὶς εἴχεις οὐ παντοῖς διωμένεις, σομη πεποιηταὶς πανταὶς καὶ τὰς αἴτιας, καὶ πάλιν δύο τὰς πανταὶς. Διεπορήσειν αὖτις κοινὸν ιστος διπόρημα καὶ ἡ φύσης ἐπέρων διόρων, ποτέρον δύο τῶν αὐτῶν αἴτια, καὶ μίαν πανταὶς διωμένην εἴσιν, ηδὲ ἐπέρων σύδεχετη πεποιηταὶς παντὸν γίνεσθαι. τοῦτο μὲν δὲ τάντη διπορείσθω. εἰ δὲ πιναὶ καὶ αἴλων ταῖς Φύσεις, ηδὲ ταῖς διωμένεις εἴχορδοι εἰπεῖν, παντεὶς ρήτορον.

Fit enim quasi recreatio quædam ex viribus, quas [†] Additæ tristis radix ista vinoſa possidet. Sed potius absurdia illa polium ^{πολιον} putentur, quæ alligata, beneficio adversantia vocantur, & tum corporibus, tum domibus unice opitulari creduntur. [†] Additæ polium, quod Hesiodo, & Musæo authoribus ad omnem rem magni existimationem faciendam perutile prædicatur. Quam obrem id noctu effodiunt tabernaculo ^{*} structo, & ad famam existimationemque bonam non minus, quinimo magis valere putatum est. Nec non & antirrhizum quem vocant, utilem ad gloriam tradidere. [†] Hic lappæ similis est. Radice minima & fere nulla subnititur. Fructum tanquam natu- [†] Hoc simile res vituli parit. Hoc perunctos gratiam vitæque gloriam consequi creditur. * Quin etiam qui au- reliæ flore coronatur; si unguentum ex auro ignis experte inspergat, gloriam atque existimationem bonam consequitur. [†] Habet aurelia florem auro similem, folium candidum, [†] fructum tenuem du- rumque: radicem ^{*} per summam cespitum, atque te- nuem. Vitis eius ad serpentum morsus è vino pro- deit. Valet etiam ad ambusta, cremata & mista melli. Sed hæc (ut superius dictum est) commenta hominum esse plane videntur; qui suas artes ex sperto, glo- tollere ac celebrare coperent. Radicum autem, fructuum ac liquorum quæ exprimuntur naturæ, si quidem & multas & varias, & quæ idem possint & corundem sint causæ, aut contraria etiam produ- cant, vires habent; movere posit aliquis genera- lem quæstionem, utrum quæ eorundem sunt causæ, [†] Elichry- son. easdem quoque habeant vires. An ex aliis quoque idem posit produci. Et de hac quidem dubitatio- ne haec tenus. Nos reliquorum naturas viresque per- sequemur.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Proptere omnis πτῶ Φυσήν. Theodorus. Animo vero vesica- riam adnotant. Nimis durus. Neque Latinus sic loquatur.

* Autēς ἡ μίνας, οὐδὲ θέμα. Theodorus omisit hec. Que- tamen præter eisam foliis argumentum, redargunt herba- rios, qui suam muscatam, quam nominant, ανθεραν esse contendunt. Pusillam sane plantillam, & odore nullo, nedum vini. Omisit etiam quod sequitur, ρίζας ἡ εὐθρά, καὶ μιγάλη, ut hinc quoque refellantur. Omisit & illa, ὡς ἡ αναθητικὴ οὐτινή. Interpretatus est, περισφορά, recreationem, rectè, accessio. Lego, αναθητικὴ negati- tive. Hoc omisit Theodorus, aut illud: ἴνδισιση. Et ab- surda translatis, puerilia, & minus fide digna.

Τίχας ἡ εὐθέτη. Etiam in capillarisbus hæc audacia à.

nobis supra animadversa est. Dura sane res si sine radice sit. Theodorus hic quoque emollivit. Radice minima, & pe- nula. Non nego quibusdam nullam subesse radicem, si vera de Malobathro fabulantur. Sed hic non est locus.

Theodorus hæc omnia reliquit: αἱ δὲ τὴν ρίζαν, καὶ τῶν καρπῶν Φύσεις, ἵπετο πολλὰς ἱκέτες, καὶ παντοῖς διωμένεις, δύο ταῦτα δίνονται, καὶ τὸ αὐτὸν αἴτιον, καὶ πάλιν, δύο πανταῖς. Διπορεῖσθαι δὲ αὖτις κοινὸν λόγον διπορεύεται, καὶ ἡ φύσης διπορεύεται. πότερον δύο ταῦτα πανταὶς καὶ μία πανταὶς διωμέναι εἰσι, ηδὲ ἐπέρων σύδεχεται παντὸν γίνεσθαι. τέτοιοι δὲ ταῦτη διπορεύεται. οἱ δὲ πιναὶ αἱ αἴλων ταῖς Φύσεις, ηδὲ ταῖς διωμένεις εἴχορδοι εἰπεῖν, παντεὶς ρήτορον. Que tamen verba referuntur ad historias superiores, & sicutus interpretati in trans- latione nostra.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Proptere omnis πτῶ Φυσήν. Inter ea quæ animi mores vel corrumpunt, vel corrigit, numerat solanum.

Supra diximus, solani plura esse genera, ac inter ea numerari maniacum, & somnificum. Quod furiosum, animi corrumpat mores, extra omne dubium poni debet, nomenque id satis declarat.

* Η δὲ οὐδὲ οὐδέποτε. Contraria ac solanum facultate pollet οὐδέποτε. Unde nomen hoc acceperit, ex ipso Theophrasto facile probatur, cum radicem exsiccatam vinum olere tradit. Meminit hujus plantæ Dioscorides, apud quem οὐδέποτε legitur, "Οναργα, inquit, lib. xiv. cap. cxviii. οἱ δὲ οὐδέποτε, οἱ δὲ οὐδέποτε. Corrigunt οναργα, οἱ δὲ οὐδέποτε, οἱ δὲ οὐδέποτε. Οναργα scripsisse Dioscoridem, ex Oribasii serie alphabeticæ probare, non est magni laboris. Confirmatur præterea à Galeno lib. viii. simpl. "Οναργα, η δέ οὐδέποτε η δέ οὐδέποτε τέττας η πίλη ξηρανούσαν οὐδέποτε πολλαὶ. Onagra, vel onothera, vel onotheris. Hujus radix siccata vinosum quendam spirat odorem. Utrum οὐδέποτε, an οὐδέποτε, uti apud Dioscoridem legitur, scriperit, non satis constat. Vulgatam Dioscoridis Plinius probat. "Οναργα vocatur, quod bestias feras, maximè asinos, mansuetas reddat. Dio-

scrides loco citato. Δύναμις ἡ ἔχει διπορεύεται τῆς ρίζης τῶν αἰχείων ζελωτῶν παντόρων, ημιπέτινα αὐτά. Radicis dilu- tum feris animantibus, in potum datum, vim hanc habet, ut eas ex feritate ad mansuetudinem traducat. A colore nomen illud impositum, non fit verisimile. Ονάργειον enim, color asinii. Pollux lib. viii. cap. xiii. Επειδὲ καὶ κίλιον οὐδέποτε γεώμετρος, τὸ οὐδὲν οὐδέποτε καλέμφρον, τὸ δηλατηνόν. Φαίδης δὲ καὶ μίαν αἰλέλησι εἰπεῖν. Est vestimentum genus, quod à colore κίλιον dicitur, vulgo onagrium vocant. Κίλλος asinum Dores appellant, & cillactera asinum: fuscus & niger colores sunt vicini. Ex hoc loco appetat, asinum & fuscum colorem diversos esse; nisi quis velit Φαίδης, colorem esse fuscum, qui obscuritatis illo fastigio ca- ret, quod in nigredine reperitur. At vero asinum, fuscum, cineritum, cui τὸ λευκὸν additum est, qualis color asinorum. Probabile, ut dixi, onagri nomen accepisse, quod feras mitiget. Describitur a Dioscoride loco citato. Θάμνος οὐδὲν διδροειδής, ιουρεψίης, φύλακα ἔχειν αμυγδαλῆ παραπλήσια, γλυκύτερη δὲ η μετεπέντε τῆς Φύσεις. ρίζας δὲ λευκὴ, μικρὰ, ηπειρούσαν οὐδὲ δημήτην διπορεύεται. Id est. Frutex est arboris specie,

prægrandis, folio amygdalaceo, sed dulciore, liliaceo non dissimilis: floribus roseis, magnis, radice candida, parva, cum siccata est vinum olente. Nascitur in montanis. Plinius lib. xxvi. cap. xi. Et anothera, sive onuris hilaritatem offerens in vino, (tale nihil Dioscorides, nihil Theophrastus) amygdalaceo folio, flore rosaceo, fruticosa, longa radice, & cum siccata est, vinum olente: haec in potu data feras quoque mitigat. Ex hoc Plinii loco restitendum *αὐτὴν μαργαρίτην λογικήν*. Hanc etiam lectio-
nem probat præceptor; Qui folium non dulcius, sed latius amygdalino scribit. Delendum itaque *γλυκύτερην*, ac reponendum *ωλεντερην*. Quomodo in utroque Gouyli exemplari legitur, & ex Oribasii codice le-
gendum probatur. In descriptione radicis à Theo-
phrasto discrepat Dioscorides: hic albam, ille rubram
dixit. Nisi forte Dioscorides de interiore, de exte-
riore radicis parte loquatur Theophrastus. Onagra
inter ea recenseri debet, quæ ad recentiorum noti-
tiā nondum pervenerunt. Falluntur qui pseudo-
lysimachiam, chameneron dictam, pro onagra exhibi-
tent. Etenim non nisi herba est, hyeme etiam mar-
cescens. Tantum abest ut frutex sit, aut arborem
æmuletur: nec folia amygdalinis latiora, sed potius
tenuiora, quæ cum liliaceis comparari nequeunt,
radix siccata nullum, vinum referentem, odorem
emittit.

Φαινεται δὲ εἰς τὸν οἶνον. Non absurdum, inquit, videtur,
oinotheram, è vino exhibitam, mores mitiores &
hilariores efficere, quippe quod assumptio quædam fiat
ejus, quod vinosam vim habet. Sed fabulosum, inquit,
ac incredibile videtur, herbis quibusdam quasi amu-
letis & alexipharmacis tum domos, tum homines à
fascino defendi, quod de tripolio narravit Hesiodus &
Musæus. Parem aut certè majorem etiam videri stul-
titiam, si quis sibi persuadeat, herbas reperiri, quæ ad
famam, ac dignitatem comparandam aliquid faciant,
ut de antirrhino quidam retulerunt. Hunc Theo-
phrasti locum non intellexisse Plinium ex eo pater,
quod polio adscribat, quæ Theophrastus de tripolio,
& antirrhino tradidit, ut lib. vii. cap. x. à nobis de-
monstratum est.

Πόλιον. In Aldino & Basiliensi codice *τριπόλιον* legi-
tur, quomodo & Theophrastum scripsisse ex Diosco-
ride facile probatur. Tripolium enim recenset inter
plantas magica facultate donatas, quæ domibus &
corporibus alexipharmacæ præstant, adversus fasci-
num: *Gaza polium* interpretatus est ex Plinio. Non
animadverterat, Plinium polium cum tripolio con-
fundere. Suprà lib. vii. *πόλιον* dici hanc plantam
probavimus; *πόλιον* accentu in ultima, herba est
quæ à canicie nomen habet, *πόλιον* accentu in ante-
penultima, *πόλιον* plantam denotat, cui nomen
impositum, quod saepius de die colorem mutet; *πόλιο-*
πόλιον quod ter quotidie mutet. Dioscorides lib. iv.
cap. cxxxv. *τριπόλιον φύεται σὺν αὐθεντικοῖς τοποῖς*.
(Lacuna in veteri codice legi auctor est *πάτερ*, &c.,
quam lectionem probat Plinius, alteram experientia)
δέ επικλέει ἡ θελαστικὴ ταχικεῖ, τὸν σὺν ἔρε, τὸν ἡ
λάση φύεται ἐξ ιοτῆς (lege ιοτῆν) παρεπαθόποια, πα-
χύπορος μὲν τοι, καλὸν αἰθαματιόν, ἄνωθεν ἐπιχειρόποιος πολιτι-
στροφαῖς τῇ ἀνθετῇ (Lacuna in veteri codice φύλλα, quo-
modo etiam Plinius, quod parum verisimile) τοῦτο τὸ
πολιτεύομεν τῷ γράμμα, περὶ μὲν λευκῷ, καπνῷ
τῷ μικροβιαῖον περφυεῖσον, ὅψι δὲ φοινικέν. μίζα λευκή
(Lacuna λεπτή, hanc improbat Plinius, vulgatam con-
firmat autopsia) ἵναδε, δερματικὴ γενομένω. ἡ τοι πο-
μαῖον ἡ διάση β τολμόθεν κατὰ ποιεῖται ὑδωριάζει, τῷ δέρ-
ματος οὐδὲ οὐδὲ αἰλικφαγματα. *Tripolium in mariti-*
mis nascitur, ubi alludit unda, vicissimque retro com-
meat; sed neque in mari, neque in siccō. Folia habet i-
satis attamen crassiora, caulem palmarem, & superna par-
te divisum. Ejus flos ter de die colorem mutare perhibe-
tur; ita ut manū candidus, meridie purpureus, vespe-
ri puniceus aspiciatur. Radix est alba, odorata, calidi-
gustus, quæ drachmis duabus in vino pota, aquas urin-
namque per alvum extrahit, conciditur & in medicamenta,
quæ alexipharmacæ vocant. Tripolium circa Amstelod-
am copiose provenit, locis quales describit Dio-
scorides maritimis, quos unda alluit recentisque demittit.
Maritimis quoque Zelandiae frequens. Recte
Dioscorides de flore scriptis, *ισχεῖται μικροβιαῖον, nar-*
ratur, refertur mutare colorem. Nam id præter verita-
tem & fabulosum esse observatum est à recentiori-

bus. Decepit plebeculam, quod duplices est floris,
lutei scilicet & purpurei, in phœnicium non raro &
ceruleum vergentis. Lutea foliola, radiatim affita,
partim superne decidere solent, partim vero intro-
flecti, & purpurea vel albida videri, relicta interim
nonnullis inibi foliolis, & multis staminibus albidis,
& purpureis superstitibus; quæ plebeculae opinio-
nem faciunt, ter de die mutati coloris. Tres itaque
colores uno die reperiri posse, non repugnat veritati.

Tripolium vulgare.



Nam cum flores omnes non simul, sed particulatim &
sensim florent ac perficiantur, facile contingit, tres
florum colores conspici incipientium, complectorum,
& deficientium. Nondum aperti aut perfecti subpur-
purei sunt, completi, quali jam dixi, & mox dicam,
languentes, papporum candidam ostendunt lanuginem.
Foliis tripolium exit oblongis, latis, levibus,
crassisculis, densis, virentibus, Iasitis foliis perquam
similibus. Caulis rectus, dodrante altior, (nonnun-
quam etiam minor pro soli ratione ut latius dicam)
fastigio in alas diviso, in quibus flosculi perquam ele-
gantes, medio disco, lutei, orbiculato vero ambitu
cerulei, aut purpurei, asteris Attici florum æmuli
(unde aster marinus vel amellus maritimus dici solet)
qui in pappos candidos contabescentes abeunt; Ra-
dix oblonga, alba, cortice induitur crassiscula.
Planta haec in horto translata, diutine viger, & mirum
in modum luxuriat, grandescitque, caulesque emitit
cubitales, & bicubitales, radicesque in fibras commu-
tata, cum in natali solo saepius palmares, aut paulo al-
tiores sint. De tripolio haec Plinius lib. xxvi. cap. vii.
Tripolium in maritimis nascitur, saxis, ubi alludit unda,
neque in mari, neque in siccō, folio Iasiti crassiori, palmo
alto, in mucrone diviso, radice alba, odorata, crassa, calidi-
gustus.

Αρτίππειον. *Αρτίππειον* legendum esse ex Dioscoride
Galen, & Plinio confitat. Vulgata fortassis lectio
cuipiam arridebit, quod apud Hesychium legatur,
αρτίππειον αρτίππειον, οἱ δὲ βοτάναι τοῦτο. Sed corruptus est
codex, restituendum. *Αρτίππειον* οἱ δὲ αντίππειον βοτάναι
τοῦτο.

"Αντίρριον, δέποτε τῆς πόνδος, ut iugos. 'Αντίρριον, sive αντίρριον vocatur, quod fructum ferat tanquam nares vistuli, ut docet Theophrastus, & probat Galenus lib. vi. simil. 'Αντίρριον, ή ἀντίρριον ὄμησον μόχθος πόνος ἡχω τὸν καρπόν, ἀχεγονεύς οὐ τὰς ιατρές. Antirrhinon sive anarrhinon fructum habet naribus similem, ad sanationes inutilem. 'Από τὸν πόνον, quomodo πόνον vel πόνον derivari possit, non video. Corruptus ergo est codex. 'Αντίρριον vocari tradit etiam Dioscorides lib. iv. cap. cxxxiiii. 'Αντίρριον οἱ οἴη αντίρριον, οἵοι οἴη παντού λυκνίδης αἰχίαν σκάλισσεν. Antirrhinum, alii anarrhinon, aliqui lychnidem sylvestrem vocant. Quod scilicet florem leucoio sive lychnidem sylvestri similem ferat, ut paulo infra exponit Dioscorides. 'Αντίρριον Galenus in glossis exponit 'Αντίρριον τὸ δέργα τὸν παντού πόνον οἵον, οἵοι ή διαφόροι αντίρριον εἴναι αὐτὰ τὸ δέργα, per nares retro versum iens, quidam dividunt αὐτὰ πόνον ut sit per cutem. Sed hæc planta, de qua nobis sermo, inde nomen non accepit. Idem in exegesi, βάκχον vocari auctor. 'Αντίρριον πόνον τὸν, ή τὸ βάκχον ή λυκνίδης αἰχίαν διαφόρον. βάκχον, id est bubulum vel vitulinum caput. Quod antirrhini referre fructum, negari non potest. Belgis orant dicitur, etiam gaperkengs / knaptandekens krupt / & half snupte. Orant ab janthino flore, janthinus jant, inde orant. Malunt alii ab orantio, cuius meminit Galenus lib. iv. παντας τόπους. cap. primo. ή τὸν λαζαρένην ἐγύπτον βούτην ποδῶν καρφίσας, aut herbam orantium appellatam coquito. Sed Doctiss. Cornarius οὐδέποτε eo loco, non sine ratione, legendum contendit. Cum tamen antirrhinon sit attenuatoria ac calfactoria facultatis. Cur ergo ietericis prodesse nequeat, non video. Columnam lib. x. os leonis vocare, multorum est opinio, quod flos hians leonis rictum referat.

Narcissique comas & biancis sœva leonis Ora fersi.
Et paulo infra. Oſcitat & leo.

Alli tamen aquilegium ipsum intelligere putant, quorum opinionem minus probo, quod nullum rictum leonis flos ostendat. Antirrhinon Theophrastus aparines folio describit; Gaza minus recte lappam vertit, quod errandi aliquibus præbuit occasionem. Supra lib. vii. cap. ultimo de aparine egi. — Lector caput, citatum adeat, & videat quod plantæ aparines nomine gaudeant. Hoc loco non ξενιστον, non δοξεῖσθαι, non iuniperū intelligit, sed φιλαίθρων. Qui locus ostendit, antiquissimos Græcos αἰπεῖν nomine φιλιστον Hippocratis intelligere. Aparine hæc folia habet rubiæ similia, id est oblonga, angusta, aspera: aparine huic, (si folia particularia consideres) similia habet antirrhinon minus, nisi quod laevia nec aspera ut alterum aparines genus, Plinio mollugo dictam. Hæc cum viri docti minus considerarent, aliud Plinii, aliud Dioscoridis, aliud Theophrasti antirrhinon esse scripsierunt, cum tamen omnes de uno eodemque antirrhino agant: Aparines singularia folia lino similia, anagallidi non plane dissimilia. Illud tamen addendum Dioscoridem majus, Theophrastum, Pliniumque minus (quod pheuteuma Dodonæus vocat) descriptissime, videat lector utriusque iconem apud Lobelium: describit Antirrhinon loco citato Dioscorides his fere verbis, πάντας ιεροφίτες, αναγαλλίδες φύλακοι καὶ καυλῶν, τὰ ή αἴθιο πορφυρά, οἷοια λυκνίδης, μικρόπερ οἴη διό ή αἴρια λυκνίδης σκάλισσεν. Καρπον οἴη φίρει μέσος πόνος οὐδειον, ρέσον οὐδειν. Ισορέται ή τοῦ αντηπάθεος ίππας Φαρμακίσις αἴσιαπτόρδρον. Επίκαστον τοῦ πτερού ἀλειφόνδρον σὺν εἰλαῖον κερατίῳ ή κυνωπίᾳ. Herba est caule foliisque anagallidi similes, floribus leucos, minoribus tamen, & purpureis. Ideo etiam sylvestris lychnis nominata est. Fructum verò gerit vituli na- rium similem, aspectu rufseum. Traditur hæc amuleti instar adaligata, malis medicamentis venefi. siisque adversari, siisque gratiā conciliare, qui ea cum oleo liltaco, cypri noque peruncti fuerint. Queri soler, quomodo Dio- scorides, αἴρια λυκνίδης vocari scribat, quod florem leucoio similem ferat. Respondent docti vocem λυκνίδης expungendam, ejusque loco restituendam λυκνίδη. Sed parum interesse puto, utrum λυκνίδη an λυκνίδη legamus. Siquidem ipse Dioscorides, utr alibi diximus, λυκνίδη florem λυκνίδη comparavit. Vulgatam tamen sermo, quod Plinius eam secutus videatur; quamquam nec alteram rejiciam. Πάνον οὖτον. Vox πάνον suspecta admodum pluribus interpretibus est, qui idcirco voces has negligere solent. Ergo quid

πάνον sit. exponendum erit. Vulgo interpretari solent rufseum & rufsum. Coloris hæc nomina sunt, ad rufum inclinantis, dilutius tamen rubentis. Hoc sensu, apud Achmen accipitur cap. 48. Καὶ ιάντι πάνον, ή γρήν τῆς καρπού ιαντι. Idem cap. 226. Εὐθύ λινχόν, ιαντι ενεδης, ή η πάνον, τῆς καρπού ιαντι. Si colore alboformosa, se ruffo grata. Botanicis πάνον color est, qualis in leucoio flore. Ruffus enim, five πάνον à coco, five πάνον est, sed dilutorius coloris. Cassianus Bassus lib. xi. cap. xxiiii. De violis. Τὰ τὰ πορφυρά, καὶ τὰ αἴλα πίνα, τὰ πεντικόντα τὰ παντούς παντά ιδεις μαργαρίτα φυτίστεται. Viola purpurea & aliae omnes, tunc auricolores, tum rufes coloris, post Idus Martias plantantur. Egineta anagallidem marem πάνον florem habere tradit. lib. vii. cap. xi. titulo ποδαρικὴ βονηφάστη, ή η ποδαρικὴ ποδαρική, &c. Καρυοφίλλας κόκκος ή αναγαλλίδες τῆς τὸ πάνον, αὐθεντικός ιχέος ή πελᾶς πορφυρίλλιον τοῦ αργετολοχίας μαργαρίτης η η. Caryophyllis grana 15. anagallidis phænicæ colo- riss, quam vocant corallion, semiuncia, aristolochia longæ unciae quatuor. Nullum antirrhini genus est, quod fructu rufso conspicitur. Non probo illorum opinionem, qui legunt πάνα ιεροφίτης λυκνίδης φύλακοι καυλῶν, τὰ οἴη αἴθιο οὐδειον. αναγαλλίδες πορφυρά. Violis quas leucoia vocant, caule & foliis similis herba est, flores habet purpureis anagallidi flosculis similes. Non video qua auctoritate reliqua rejici possunt. Nam etiam minimum antirrhinum flosculos maiores fert anagallide. Præterea cur lychnis sylvestris diceretur. Ineptum id foret si dicamus quod folia ferat leucoio, vel flores anagallidi similes. Voces πάνον idem si non transposita sunt, de flore intelligi debent. Nam flos aspectu colore diluto est rubro, nihil tamen impedit, quo minus hæc de tota intelligamus plantam. Nam non tantum flores, sed caulinæ & pars foliorum caulinculo proxima dilutè rubent. Nullum itaque in verbis Dioscoridis mendum. A Dioscoride ad Plinium ve- niunt. Hic antirrhini historiam his fere verbis tra- dit lib. xxv. cap. x. Antirrhinon vocatur sive anarrhi- non sive lychnis agria, similis lini, radice nulla, flore hy- acinthi, semine vituli narium. & hoc per unctos venustiores fieri, nec ullo malo medicamento lœdi posse aut veneno, si quis in brachiali habeat, arbitrantur magi; similiter ea quam eupleam vocant traduntque ea per unctas c immenda- toris esse famæ. Hæc lectio vulgatam Theophrasti de radice defendit. Plantas, nullam habere radicem veteres dicunt, quibus exigua est aut nullius usus. Sic capillares plantas sine radice scribunt, cum capil- lacea sit, & exiguis fibris constet illarum radix. Linæ folia dixit Plinius, vel quod particularia aparines lini referant, vel quod pro αἰπεῖν, λινῷ libertum legisse putarit. Flore Hyacinthino. Scribo ex Dioscoride janthino. Leucoio, sive violæ albæ comparat antirrhini florem Dioscorides. Ridiculum admodum, quod ex his Theophrasti verbis, Plinius novam finxerit plan- tam. Scribit Theophrastus de antirrhino. Εὐκλείας η φασι, οὐ πισταί. Græcus auctor ιντελεῖται herbam non dixit, sed antirrhinon ad ιντελεῖαν conducere ait; La- tinus, aliud cogitans, aliud scribens, pro ιντελεῖα, si non sit mendum, ιντελεῖα intellexit, novamque, quod valde ineptum, fecit plantam. Non defunt qui antirrhinon à Plinio lib. xxx. cap. ii. cynocephali no- mine describere existimant. Credo quod fructus canis cranium cute & carne exutum referre videatur, tum etiam quod Apulejus cap. 86. hæc tradat. Græci cynocephalon dicunt, alii antirrhinon, alii bucranion, alii burrignon, alii amethyston, alii anarrhinon, alii pi- thecion, Prophetae osireostaphen, Itali canis cerebrum, alii herbam siminiam, alii venustum minorem, alijopalim graram appellant. Quæ Plinius de cynocephalo tradat, audiamus. Quarat, inquit, aliquis, quæ sint mentis ve- teres Magi, cum adolescentibus nobis visus Apion, Gram- matica artis, prodiderit cephaliam herbam, quæ in Ægypto vocaretur osyrites, divinam, & contra omnia veneficia; sed si ea erueretur, statim eum qui eruisse, mori. Osyrin in Ægypto vocari ait. Non videtur aliam plantam describere quam osyrin Græcorum, cujus mentionem facit lib. xxvi. cap. xxi, ubi ait. Osiris ramulos ser- nigros, tenues, lentos, & in iis folia nigra, seu lini, se- menque in ramulis nigrum initio, dein colore mutato, ru- bescens, smegmata malieribus faciunt ex his, radicum de- coctum potum; sanas arquatos. Hæc an cum veterum Græcorum conveniat scriptis examinandum erit. Osyrin

Osyrim describit Dioscorides lib. iv. cap. cxxiiii.
 Οσυρις φευγανος μίλαι, λιπτόρασσος, δύναμεων, τῇ αὐτὶ αὐτῷ
 φυλάσσει γ'. "Ετι ἡ εἰδὴ εἰ. οὐ σὲ αὐτῆς μάτις λίνη, μί-
 λαια καταχάσα. μεταβακόδημα ἢ ἔστιντρα χιοντα. τεῦτη
 τὸ ἀφίψημα πινόδρομον ἵετε φονδέο. Osyris herba surcu-
 lacea, colore nigro, tenuibus virgīs, fractaque contumaci-
 bus, in quibus foliola terna; interdum & quaterna, quina,
 senave, seu lini nigra initio, deinde colore mutato rube-
 scētia. Decoctum ejus potum juvat arquatos. Quod de
 folio tradit̄ Dioscorides, id de semine tradit̄ Plinius.
 Nempe initio nigrum, dein rubrum esse: Plinii proba-
 bilius est sententia, quam Dioscoridis. Linaria enim
 (quam osyrii esse dico) fructum fert initio ex viridi
 nigricantem, dein rubentem; quod de foliis nondum
 observatum. Smegmata mulieribus ex osyride fieri
 ait; scopas Galenus lib. viii. simplici. Οσυριδος τῆς πόσ-
 ζης Επὶ τῷ ιερέκουτο (vulgo κακοῦκουτο) μήτερα, πικρὰ μέν
 η ποιέται, εὐφρακτὴ ἡ οὐ μέν δύσπαις, θέτει τῇ πόσῃ οὐ παρ-
 ουσίης ὀφελοῦ. Osyridi herba, ex qua scopae finnt (In-
 terpres cacoremata). Percipere nequeo quā ratione
 ex herba, mala nascantur verba) amara inest qualitas,
 & obstrunctiones expediendi facultas, quod & in jō more
 consistentes adjuvat obstrunctiones. Κορμα, tive κέρηπος,
 δέος & κορεῖ, idem quod σκόπη, sive σκόπηρος, scopae. Ob-
 jicit quis ornamentiū significare. Apud Suidam enim
 legitur οὐρανος τὸ σκόπη, τὸ κέρηπη σκόπη, ornamentiū.
 Ex hoc Suidæ loco, docti smegmata Plinii & κέρηπα
 Galeni non ita multum differre existimant, quod
 aliis non minus doctis displicet. Quandoquidem κέρ-
 ηπη voce, non intellexit Suidas compitorium, & ve-
 nustans faciem medicamentum, quo cutis exteritur &
 invigatur, sed, uti exponit Scholia festi Aristophanis,
 τὸ Κέρηπος οὐρανος διστριψει τὸν πόπον τὸν οἰκανον.
 Hoc est, everriculum, quo domorum sordes everruntur.
 Posterior opinio ipsius Suidæ & Hesychii fulcitur opiniōne. Κέρηπη enim Hesychio κέρηπη. Id est, in-
 strumentum omne compitorium, aptum ad comedendum, sive
 verendum, redimiculum: & quoniam palmarum spatulae,
 usum præbent scoparum, κέρηπη Hesychio di-
 cuntur, κέρηπηται ταῖς φονικαῖς, σκόπηται. Χάρακης, σκοπηγί.
 Idem Hesychius κέρηπα κέρηπηται, οὐ πόση σκόπη. Lege
 κέρηπα κέρηπηται, οὐ πόση σκόπη. Hæc satis ostendunt
 κέρηπα scopas significare. Osyridem quidam putant
 belvedere, vulgo nuncupatan esse. Belvedere dicitur,
 quod nitido viro, & foliorum venustate oculos re-
 creat. Favet huic opinioni, quod planta hæc à Græcis
 nostri temporis κέρηπη vocatur, ac in Italia ex hac
 scopæ parantur. Non arridet tamen hæc opinio, quoniam
 folia, nullam habent amaritudinem, nec ulla
 facultate pollent, qua iæterum mederi possint. Alii
 Linariam vocatam, olyridem esse statuunt; ac pro cy-
 nocephalo habent. Idque duabus de causis. Prima
 quod flores ejus caninum caput, quod oblongum est,
 representant, deinde quia singulari medicamento
 oculorum epiphoris adhibetur, uti Apulejus de cyno-
 cephalo scriptit, ususque comprobatur. Osyridem di-
 cētiam plantam hanc putant ab imperfecto rege Osyre,
 qui laudis auctoritate gratia, ex Græcia in Ægyptum
 commigrans, Deus est habitus, & sub imagine bovis
 adoratus. Alii malunt Osyridem vocatam, quod urinas
 potenter moveat. Urina enim Græcis ὁρτοὶ ὁρτοὶ,
 ἁρτοὶ. δέος & ἁρτοὶ vel ὁρτοὶ: & σκόπη, quod trahō denotat,
 σκόπη, urinam trahens. Quibus hoc placet etymon, ij.
 Linariam pro osyride ostendunt. Hæc enim urinalis
 est dicta, à vi diuretica. Linaria vero, quod folia lin-
 um repræsentent. Cauliculos habet cubitales; non
 raro bicubitales, complures, rotundos, tenues; folia
 multa angusta; oblonga, lino similia, esulam minor-
 rem adeo imitantia, ut prudentiores Barbari utramque
 hoc versiculo distinguere sint coacti.

Efula latetescit, sine latte linaria crescit.

Flores fert luteos, anteriore quidem parte antirrhinū floribus similes, umbilicum aut canis vel bovis caput referentes; posteriore vero in caudam, sive corniculum quoddam desinentes, consolida regalis similitudine. Sequitur capitulum, rotundum in quo semen nigrum. Radix tenuis, rotunda, alba. Tota planta amara est. Hanc, ut dixi, alii pro osyride pingunt. Duo objici possunt, quibus nec belvedere, nec linaria osyridem esse, probari potest. Quod neutrius folia è nigro in rubrum mutentur, quodque ramuli plura ha-

bent folia, quam scribit Dioscorides. Ad primum re-
 spondere potest: linariae semen, uti tradit̄ Plinius, è viri-
 di nigro, in viride rubrum mutari. Quod Diosc. tria,
 quatuor, quinque, aut sex folia habere ait, intelligit,
 cauliculos in ambitu tot foliolis coronari, ut compro-
 bat experientia. Hæc fortassis si cuiuslibet non arrideant,
 quæ planta osyris sit, reserat; ego me nunquam vidisse
 fatebor. Linarium enim pro osyride non agnosco, multo minus belvedere, verum proximè ad historiam
 accedere. Ceterum prius etymon Osyridis magis,
 quam postremum arridet. Etenim si osyris nomen
 haberet à diuretica virtute; nequitiam hoc reti-
 cuissent veteres. Redeo ad antirrhinon, quod cyno-
 cephalon esse, nec aio, nec nego; quod Plinius non
 tradiderit, qua facie cynocephalon sit. Antirrhini
 recentiores multa observarunt genera, quorum mi-
 nus cum Theophrasti Pliniique convenit descriptio-
 ne, majus cum Dioscoridis. Cauliculi huic rotundi,
 glabri, fragiles, & ramosi. Folia multa, ut plurimum
 oblonga & acuminata, linariae non dissimilia, sed la-
 tiora, & ut plurimum breviora, anagallidisque simili-
 ora. Flores secundum cauliculos superiore parte
 ordine digesti, forma oblongi, calathum effigiantes,
 anteriore parte latiores, dum conniventes ac con-
 clusi (ut nascuntur) permanent, ranæ ori quodammodo
 similes, aperti vero hiantis leonis rectum æmu-
 lantur, colore roseo rubent, aliquando maculati, ex
 candido dilatè purpurascentes, ex rubro violacei
 candidi, sublutei lutei, notandum hic luteum antirrhinon non tantum floribus, sed foliis variare,
 quæ latiora, brevioraque sunt, nec in agris fre-
 quens, sed in hortis ut peregrina colitur planta.
 Floribus succedunt capitula, oblonga, anteriore
 parte angustiora & foraminosa, narium vituli, aut
 canini capitis similitudine, in quibus semen par-
 vum & subnigrans. E radicibus non magnis, fibræ
 dependent. Tanta hæc planta vi adversus scorpiones
 pollet, ut eo vel vi scorpiones illico ita stupescant,
 ut semimortui fiant. Explodendi qui, ut principibus
 amarilloque gratiore fiant, pulchrioresque videantur,
 se oleo liliorum, in quo hujus fructus maceratus est,
 illinunt ac ungunt. Antirrhinon minus sive Theo-
 phrasti phyteuma Dioscoridis esse creditur. Noluit
 illud describere Plinius. Sic enim lib. xxvii. cap. xiii.
 Phyteuma qualis sit supervacuum describere habeo, cum
 sit usus ejus tantum ad amatoria. Describit Dioscorides,
 sed magis gratum juvenibus fecisset, si accuratius
 delineasset. lib. iv. cap. cxxx. Φύτευμα φύλακα ἔργον
 τριθών, μικρόποδες ἢ κρεποὶ πολὺν τετελέθον (alt. τεττελέθον)
 πίζην μικροῖ. (Ald. μακροὶ) ταῖς· quam lectionem pro-
 bat Marcellus) λεπτηνὶ τεττελέθον, οὐ μαραζεῖθον της ιο-
 θητῆς φύτευμα. Phyteuma folia habet struthii, sed
 minora, fructum copiosum, perforatum, radicem parvam,
 tenuem, per summa terra nitentem, quam ad amatoria
 convenire nonnulli prodiderunt. Φύτευμα φύτευμα quin
 dicatur, dubium non puto. Φύτευμα non tantum plan-
 tare significat, sed etiam producere, generare, ac parere.
 Græci etiam φύτευμα τῶν, φύτον ταῖδας. Aristoteles:
 ἴπεται πάδις εἴη φύτευμα οὐ τείρειν. Postea filios plantare
 oportet & enutrire. Memini plura alibi me de hac
 dixisse voce. Vox στροφῆς quomodo exponi debeat
 quæri potest. Supra dixi, Plinium struthion oleæ foliis
 describere, si struthio plantæ comparat Dioscorides,
 oleæ folia habeat oportet. Sin vero avi, quod non
 puto, pennis struthii similia esse debent. Antir-
 rhinon minus phyteuma esse plures afferunt, quorum
 opinioni subscribo. Folia enim habet oleæ, vel stru-
 thio minora. Oleaginis enim angustiora sunt & minora.
 Fructum, sive κέρπην copiosum habet, eumque
 perforatum, quando pro fructu (quomodo κέρπης ex-
 ponit solet) totum illud capitulum, in quo semen
 continetur, accipitur. Magnum etiam argumentum
 est, quod in Creta, Græciaque ad amatoria & hodie
 recipiatur. Honorius Bellus epist. ad Carolum Clu-
 sium. Addam etiam quod phyteuma (antirrhinon vide-
 licet sylvestre, Dodonei, cuius folia rectissimè comparantur
 huic struthio, vulgariter ad huc usurpatur, à Græcis mu-
 lieribus, ad amatoria, eamque multoties conjurantes,
 silente luna, manu sinistra colligentes, demum suspendentes,
 sumigantefve, & aliis modis utentes. Vocatur Cydonia
 Cretæ κέρπην. Antirrhinon hoc natura sua sylve-
 stre est, cauliculos fert tenues, ramosos, folia oblon-
 ga, angusta, lino, oleæ ve; nisi quod minorā, similia.
 Flores

Flores juxta foliola, (non ad summum caulis, ut in maiore,) ex ipsorum sinibus excent, antirrhini prioritates, sed minores, colore ut plurimum rubro purpurei in medio lutei, (habeo genus quoddam quod candidos flosculos admixto tamen non nihil purpurei promit) sequuntur capitula minora & breviora, foraminosa, hominis calvariam propemodum referentia, (hoc forte occasionem praebevit, quod antiquiores ad amatoria utile scriperint.) Radices sublunt tenues. Tota haec planta pro cœli solique ratione variat. Ali quando enim procerius, aliquando brevius reperitur.

